del Coll.o de la Comp.a de Jesus de la Concep.on de Seu.a

METHODVS IVRIS CIVILIS NICOLAI VIGELII IVRISCONSVLTI ABSOLVTISSIMA.

In qua non solùm omnes Iuris Ciuilis Tituli, sed & singulæ singulorum Titulorum Leges, & singuli singulorum Paragraphi, miro ordine sunt dispositi.



VENETIIS
Apud Georgium Angelerium,
M. D. LXXI.

DE RATIONE ET VSV HVIVS METHODI Præfatio.

NICOLAI VIGELII IVRISCONSVLTI, Ad Lectorem.

TRANSMISERAM *Bibliopolæ Primam huius Methodi partem excudendam: dedi eidem poſt aliquot menſes Secundam quoque, & Tertiam: tandem defatigatus labore, ceßare decreueram, quòd labor magnus eßet, præmia nulla. Veruntamen hortantibus meis amicis, in labore propoſito perſeueraui, & opus ſuſceptum perfeci. Habes itaq; bone Lector, totius Iuris Ciuilis Methodum, quoad in tam breui temporis ſpacio à me fieri potuit, abſolutam. Ordine autem in conſcribenda hac Methodo & in legibus diſponendis ſecutus ſum, quem ipſa dictare ratio & Dialectica præſcribere uidebatur. Nam cum Methodus ſpectet ad facilem iuris cognitionem: qui ſcit rei, de cuius iure quæritur, definitionem, hoc eſt, quid res ſit, item quæ ſint eius genera, quæ ſpecies, quæ propria, quæ cauſæ eius adquirendæ, quæ cauſæ eius amittendæ, qui effectus, &c. item ſi de iure actionis quæratur, qui præter prædicta etiam ſcit, quibus & aduerſus quos iſta actio competat, uel non competat: quid in ea ueniat petendum, quando & quandiu competat: quæ ſint in ea actoris, rei, procuratoris & iudicis officia, quæ adſinia remedia, &c. is eius iuris mihi uidetur plenam habere notitiam. Nam & eiuſmodi locos rerum, actionumq́ue deſcribendarum Dialectici præſcribunt, à quibus etiam eorum definitiones ſunt petendæ. Nec enim huius loci eſt, copioſius explicare quid defini-*

tio sit, quid genus, quid species, quid proprium, quid causa, quid effectus, &c. Nam hæc iuris studiosum, antequam ad iuris studium accedat, ex Dialecticis scire conuenit. Dialectica siquidem docet quid sit definitio, quid causa, quid effectus: Leges autem docent, quæ huius uel illius rei uel actionis definitio sit, quæ eius causa, qui effectus, &c. Planè, qui scit quidem causam amittendæ adgnationis esse capitis deminutionem, hoc est, capitis deminutione ius adgnationis perimi: nescit autem quid sit capitis deminutio, quid adgnatio eius scire nihil est. quemadmodum & eius, qui scit quidem effectum damnationis capitali iudicio olim fuisse publicationem bonorum, hoc est, ut bona damnati publicentur: nescit autem id ius, eum effectum postmodum alio iure esse mutatum. Pari modo qui scit quidem causam adquirendi dominij esse diutinam possessionem, hoc est, diutina possessione rem alienam nobis adquiri, nescit autem casus, quibus istud ius seu ista causa distinguitur: nempe, Nisi possessor malam fidem habeat, nisi res sacra possideatur, nisi res furtiua sit, &c. is plenam eius causæ cognitionem non habet. quemadmodum nec is, qui scit quidem ex furto actionem in quadruplum dari, nescit autem eam actionem neque hæredi, neque in hæredem competere, &c. Ad solidam igitur cuiusque rei cognitionem duo requiruntur. primum est, vt scias rei, de cuius iure quæritur, definitionem, diuisionem, propria, causas, effectus, &c. item actionis personas, res, locum, tempus, antecedentia, adiuncta, consequentia, adfinia remedia, &c. alterum est, ut scias singulorum talium locorum rationes, declarationes, distinctiones, & si quæ sunt mutationes, quæ omnia nobis à legibus traduntur. Nam omnis lex pertinet aut ad personam, rem, uel actionem aliquam describendam: quod fit (vt diximus) definiendo, diuidendo, propria, causas, effectus, &c. designando. aut ad aliam legem interpretandam: quòd fit confirmando, declarando, distinguendo, & mutando. Ex quibus sequitur, legum alias esse principales, quæ ad personam, rem, uel actionem aliquam describendam pertinent: alias accessorias, quæ pertinent ad leges principales interpretandas: nec has sine illis, nec illas sine hisce rectè & plenè cognosci posse, nec igitur accessorias à principalibus separandas. Proinde ego in hac Methodo mea, toto iure ciuili in certa genera distributo, singulisque generibus suis speciebus ac membris subiectis, (ut infrà ex subiecta Tabula & Præfatione in primam partem cognoscere licet) singulorum membrorum definitiones, diuisiones, species, propria, causas, effectus, &c. item actionum circũstantias, quibus, & aduersus quos cõpetant, quid in eas veniat, quando et quandiu competant, &c. ordine per numeros ac nomina notaui, locisq; istis singulis suas leges, quibus vel confirmantur, vel declarantur, vel distinguuntur, vel mutantur, subieci: in distinctionibus ordine circunstantiarum, ex quibus sumuntur, seruato, vt per uniuersam hanc Methodum licet videre. Isto igitur ordine leges dispositas, si quis semel atque iterum perlegat, is mea quidem

senten

ſententia uel intra priuatos parietes, ſine ulla peregrinatione, & ſine commentatore ullo (quoniam lex legem declarat & interpretatur) intra paucos etiam annos haud exiguam iuris ciuilis cognitionem aſſequetur. Sanè Methodus hæc, & iura intra priuatos parietes legentibus, & ea in Scholis profitentibus, & cauſas in foro pertractantibus, & de iure reſpondentibus, plurimum poterit prodeſſe. Nam ualet ad ſolidam uniuerſi iuris cognitionem, ad ſingularũ legum interpretationem, ad exceptiones & replicationes in cauſis latentes indagandas, denique ad ius quæſtionis oblatæ inueniendum. Ad ſolidam uniuerſi iuris cognitionem facit ea ratione, quam paulo antè dixi: ad ſingulas leges interpretandas & intelligendas facit, quia leges acceſſoriæ ſuis principalibus, ſine quibus rectè intelligi nequeunt, ſunt ſubiectæ. Nam ut in ædificio compoſito & erecto, ſingularum eius partium uis atque officium facilè patet omnibus, quòd tamen diſſoluto ædificio, ſingulisq́; partibus diſperſis, haud facilè ab eius artis imperito intelligitur: ita quoque in iure ciuili, ſingularum legum vis & officium tum demum facilè percipi poteſt, cum eæ recto ordine diſpoſitæ ſunt, & ad ſuos locos redactæ. Ad exceptiones & replicationes in cauſis latentes inueniendas hæc Methodus prodeſt hac ratione: quia actione aliqua propoſita, omnes eius diſtinctiones ei ordine ſunt ſubiectæ: quib. ita perlectis, cognitis, & ad cauſam præſentem collatis, facilè utrum aliqua iſtarum cauſæ inſit, ex qua excipiendi materia ſumenda eſt, poteſt intelligi. Similiter exceptione uel diſtinctione aliqua propoſita, eius ſubdiſtinctiones ſubiectas cernere licet, in quibus replicandi materia quærenda eſt. Ad quæſtionem iuris decidendam ualet hæc Methodus, hoc modo. Primùm notanda erit res de qua quæritur: ut emptio, uenditio, depoſitum, furti actio, &c. cuius liber uel caput in hac Methodo erit quærendum, ad quod Catalogus capitum poterit prodeſſe. Eò ſi erit peruentum, altera cura erit, obſeruare de quo loco deſcriptionis quæratur: hoc eſt, utrum de definitione, proprio, cauſa, uel effectu, &c. quo obſeruato, quærendum erit membrum inuenti capitis, uel caput ſequens, quod eiuſmodi locum explicat, propria, cauſas, uel effectus rei enumerat, &c. vbi facilè, id quod quæretur, inuenietur. Exempli gratia. Fecit quis teſtamentum tribus hæredibus inſtitutis, primo, ſecundo, & tertio: à primo legauit Titio centum: poſtea mortuo teſtatore, primus hæreditatem repudiat: quæritur, An legatum ab eo relictum euaneſcat? Res de qua hic quæritur, eſt legatum, de quo tractatur lib. XII. huius Methodi cum ſequentibus. Locus de quo quæritur, eſt cauſa legati amittendi: an ſcilicet legatum amittatur uel euaneſcat, ſi is à quo relictum eſt, hæreditatem repudiat: de cuius generis cauſis tractatur cap. 5. dicti libri XII. Ibi ſtatim ab initio occurrit verſ. Si is à quo legatum eſt, hæres non exiſtat: cuius leges conſulendæ ſunt. Aliud exemplum, Titius cum Seio viginti in diem deberet, uendit bona ſua, fugamq́ue adornat. Seius petit ſibi caueri de viginti ſoluendis die ueniente. Titius excipit, ante diem agi non poſſe. Seius replicat: Si non ad interpo-

nendam cautionem ageret. Titius, ne hoc quidem casu ante diem agi posse ait. Lis oritur de iure replicationis, nimirũ Vtrum quis ante diem solutionis de interponenda cautione agere possit? Res de qua quæritur, est Actio: cuius iura tractantur lib. XV. huius Methodi, cap. 3. Locus de quo quæritur, est tempus actionis, quando scilicet competat actio, Vtrum ante diem existentem: qui locus tractatur membro ix. dicti capitis. Quod membrum perlegenti, statim ab initio occurret vers. Si ante diem obligationis, &c. cuius leges si consulantur, una occurret, quæ quæstionem propositam decidat. Aliud exemplum. Maritus & uxor in eadem charta, sua testamenta fecerunt, iisdem hæredibus institutis: mortuo marito, uxor superstes suum testamentum mutat. quæritur, an iure possit, seu an posterius mulieris testamentum rumpat prius cum marito factum? Res de qua hic quæritur, est testamentum, de quo tractatur lib. IX. huius Methodi. Locus de quo quæritur, est causa amittendi uel rumpendi testamenti, an scilicet testamento posteriore rumpatur prius. de cuius distinctione quæritur, si prius cum marito, posterius sine marito, uel mortuo marito factum est: de cuius generis causis tractatur cap. 12. dicti lib. IX. ubi statim ab initio occurrit vers. De mutata uoluntate testatoris, & testamento posteriore: ad quem locum præsens quæstio pertinet, cuius uersiculi leges si percurrantur, nulla occurret quæ distinctionis, de qua hic quæritur, faciat mentionem. Quotiens autem lex non distinguit, tunc nec nos distinguere debemus, sed regulæ stabimus: ut in præsenti casu. Testamento posteriore prius rumpi. Si igitur eo quo dixi modo in quærendo iure quæstionis oblatæ procedatur, Methodus hæc ius de quo quæritur, designabit, eritque illud ex hac Methodo inuentu facile: haud aliter ac in numerosa supellectile singulis suo loco et cellula repositis, quæ alioquin si inter se dispersa iacerent, inuentu eßent difficilia. Hoc autem loco notandum est, quæstionem, cuius ius quęrere uolumus, non in personis, nec temporibus, sed in genere uniuerso formandam & considerandam esse: siquidem ipsa iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur. Est & illud hoc loco non dissimulandum, quòd numerus legum in hoc opere meo aliquando fallat, nec legem quam debet demonstret. Cuius sanè ratio hęc est, quòd numerus legum in aliis exemplaribus alius sit, cum sępè quę in alio exemplari lex est, in alio legis sit paragraphus: & uice uersa, qui in alio paragraphus est, in alio lex sit. aliquando etiam idem paragraphus in alio exemplari finalis est, in alio legis principium. Proinde in hoc casu hęc tibi, bone Lector, cautela erit, ut si quando ob iam dictam rationem numerus legum non concordauerit, nec materiam monstrauerit quęsitam, tunc aut recurras ad legem primam, uel alteram proximè pręcedentem, aut ad subsequentem procedas, atque ibi id quod cupis quęras: quę sanè inquirendarum legum uia non tam uidetur mihi esse molesta, quàm ab initio tituli interdum longißimi usque ad eius finem singula legum principia perlustrare: quod faciendum est, cum lex per prima eius uerba designatur.

gnatur. Sed & hoc te uelim admonitum, ut si quando in aliquo capite titulus designatur, non designato libro in quo titulus iste contineatur, eius libri qui in principio capitis designatus est, titulum intelligas. Euenit tamen aliquando, ut in principio capitis nec liber nec titulus sit designatus: quo casu, eius capitis leges, eius libri eße intelligas qui in initio cap. præcedentis est designatus. Hæc, bone Lector, tui gratia, ne fortè errares, dissimulare non potui. Hanc igitur Methodum meam, ad ius oblatæ quæstionis inueniendum, ad exceptiones in causis latentes indagandas, ad singulas leges intelligendas, deniq; ad uniuersum ius Ciuile cognoscendum, plurimum tibi (ut spero) profuturam, nec meæ, sed tuæ utilitatis causa editam, grato accipe animo: & labores meos summos, summamq; diligentiam, in meliorem partem interpretare. Vale.

- Causas iuris, *uel*
  - Acquirendi : *quę sunt aut*
    - Onerosę: *ut sunt*
      - Obligationes & Actiones *Lib.* 15. *quę sunt aut ex*
        - PARTE V. Contractu *uel*
          - *Vero & nominato, qui fit aut*
            - Re, *ut est*
              - *Mutuum*
              - *Commodatum*
              - *Depositum*
              - *Pignus.* — *Lib.* 16.
            - Verbis, *ut sunt uerborum obligationes quę cum suis speciebus & adfinibus remedijs tractantur. Lib.* 17.
            - Literis, *de quo uide Libro* 15. *capite* 3. *membro* 4.
            - Consensu, *ut est*
              - *Emptio & uenditio. Lib.* 18.
              - *Locatio & conductio*
              - *Societas*
              - *Mandatum.* — *Lib.* 19.
          - *Quasi & innominato: Lib.* 20.
          - *Hisce accedunt contractus eorum qui sunt in aliena potestate, cum suis actionibus. Lib.* 21.
        - PARTE VI. Maleficio, *ut est*
          - *Furtum*
          - *Rapina*
          - *Damnũ*
          - *Iniuria.* — *Lib.* 22. *Horum species, & actionum adfinia remedia, tractantur Lib.* 23.
  - PARTE VII. Retinendi, *amittendi, & recuperandi : ut sunt*
    - *Exceptiones*
    - *In integrum restitutiones*
    - *Condictio indebiti, &c.* — *Lib.* 24.
    - *Liberationes*
    - *Capitis diminutio*
    - *Captiuitas, &*
    - *Postliminium*
    - *Quibus accedunt duo tituli generales, de Verborum significatione, & de Regulis iuris.* — *Lib.* 25.

TABVLA, LIBRORVM SERIEM
AC ORDINEM COMPLECTENS.

…e tractat aut

- Genera iuris. *Est autem ius aliud*
  - PARTE I. Publicum. *Publica autem sunt.*
    - *Iura & Leges, Magistratus, Iudicia publica:* — *Lib.1.*
    - *Iudicia priuata:* — *Lib.2.*
    - *Ecclesia & Religio, Fiscus, Militia, Ciuitates.* — *Lib.3.*
  - Priuatum, *quod singuli habent aut*
    - PARTE II. In pſonis : *ut est ius inter*
      - *Maritum & uxorem, Parentes ac liberos:* — *Lib.4.*
      - *Dominum & seruum, Patronum et libertum:* — *Lib.5.*
      - *Tutorem & pupillum, Curatorem et adultum.* — *Lib.6.*
    - PARTE III. In rebus : *ut sunt*
      - *Dominium, Possessio, Vsusfructus, Vsus:* — *Lib.7.*
      - *Seruitutes & similia iura.* — *Lib.8.*
  - PARTE IIII. Lucratiuæ : *ut sunt*
    - *Hereditates*
      - *Ex testamento: Lib.9.*
      - *Ab intestato: Lib.10.*
      - *Cum suis actionibus. Lib.11.*
    - *Legata et fideicōmissa: Lib.12. Cum suis actionib. Lib.13. et reliquis specieb. Lib.14*
    - *Donationes, Vsucapiones.* — *Lib.14.*

CATALOGVS CAPITVM HVIVS METHODI.

Libri Primi : De legibus, magistratibus, & iudiciis publicis.

Libri II. de iudicijs priuatis.

Libri III. de reliquis quæ sunt iuris publici.

De actore

De can-

Libri

INDICIS CAPITVM FINIS.

METHODI IVRIS CIVILIS PARS PRIMA.

De Iure Publico.

NICOLAI VIGELII PRAEFATIO.

MORIS eſt iis qui iura hoc tempore in Scholis profitentur, ad exercendam iuuentutem ſuam, theſes quaſdam legibus definitas, ac certas in utranq; partem diſputandas proponere: eſtq; maxima ingenii laus, poſſe quàm acutiſsima aduerſus leges inuenire argumenta, qua ratione ſtudioſi ſe ſe adſueſaciunt leges certas incertas reddere, cauillari & dubitari de omnibus. Non poteſt omnium quæ à maioribus conſtituta ſunt ratio reddi: multaque in iure ciuili, contra ſtrictam diſputandi rationem pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt, inquit Iulianus Iuriſconſultus. Ideoq; rationes eorũ quæ conſtituuntur, non inquiri leges volunt, ne multa ex iis quę certa ſunt, ſubuertantur. Nã omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt: rarum eſt.n.vt ſubuerti non poſ-

possit. ideoque leges obseruandæ, non disputandæ sunt. Est.n.sacrilegii instar (Imperator inquit) de iudicio principali disputare. Dicto igitur disputandi more sublato, aliam disputãdi rationem in locum eius subrogandam suaserim: nempe vt causa aliqua consimili earum causarum quæ in iudicia deducuntur proposita, unus actoris, alteri rei cõuenti, tertius denique iudicis partes sustineat. Conuenit.n. exercitia quàm simillima esse ei rei cuius gratia instituuntur. Cum autem causæ tam actionum q̃ exceptionum nihil aliud sint quàm rationes & argumenta propositarũ actionum, exceptionumq;: actori quidem ad agendum, reo autẽ ad excipiendum & defendendum istiusmodi rationes & argumenta in circunstantiis causę quærenda erunt, inuẽtaq; non longioribus formulis (ut in iudiciis fieri solet) sed breui syllogismo uel enthymemate ab eis proponenda, iisque propositis ab aduersario respondendum erit uel negando ea uel distinguendo. Is quoq; qui iudicis partes sustinebit, nõ singula uerba proposita excutiet, sed eam quam Dialectici monstrant rationem in iudicando sequetur, statusq; causarum tam litigatores in disputando, quàm iudices in iudicando obseruabunt. Quibus sanè exercitiis studiosi actiones simul & exceptiones in causis latentes inuenire, deq; causis rectius iudicare, iura item & leges non in dubium rapere, sed ad actus humanos accommodare sese essent asiuefacturi. Verba sanè & formulæ, quibus causas in iudiciis copiosius & popularius proponere possent, si ita se se in rebus causisq; exercuerint, vltro illis tãdem essent succursura. Nam res ui sua uerba pariunt, quæ semper satis ornata mihi quidem uideri solent (inquit apud Ciceronem Antonius) si eiusmodi sunt vt ea res ipsa peperisse uideatur. Dicto modo Scholis, quæ iudiciorum seminaria sunt, reformatis, non dubitarem litium diuturnitatem è iudiciis tandem sine graui offensa emigraturam. Porrò quod ad legum ordinem ac Methodum attinet, feci eius quoque rei antea in aliquot iuris locis periculum: quod successit felicius. Nam libellos quos in eam rem edideram, non solùm iis qui in Scholis, sed & qui in foro uersantur probari animaduerti. Ideoque legum ordinem nunc à capite aggressus sum, totoque Iure ciuili in septem partes distributo, Primæ partis Methodum quoad potui, absolui.

Partitio totius Iuris Ciuilis.

Potest enim non incommodè totum Ius ciuile in septem partes distribui. Nam omne ius aut ad publicam, aut ad singulorum spectat utilitatem: illud publicum, hoc priuatum ius uocant. Spectant autem ad publicam utilitatem leges, magistratus, iudicia tam publica quàm priuata, religio, fiscus, res militaris & ciuitatum. Horum iura legesq; primam iuris ciuilis

ciuilis partem constituere possunt. Singuli verò ius habent aut in perso nis, aut in rebus: quibus sublatis, ipsum ius tolli necesse est. Sic ius habet in persona serui dominus, quod Dominicam potestatem vocant: in persona liberti patronus, quòd ius patronatus dicunt: in persona pupilli tutor: in persona adolescentis curatot ius habet, quorum illud tutela, hoc cura nuncupatur. In uxoris persona maritus, & contrà in mariti persona vxor ius habet, quod per nuptias constituitur: in personis denique liberorum parentes ius habent, quod patriam potestatem appellant. Ex hisce & similibus iuris speciebus in persona consistentibus cum suis causis & actionibus, secunda pars Iuris ciuilis confici potest. In rebus autem habemus dominium, possessionem, vsumfructum, vsum, seruitutes, & similia iura, quæ cum suis causis & actionibus in tertiam partem reiici possunt. Sæpè tamen iura in rebus propter ius quod in persona habemus, nobis competunt: vt domino in rebus serui, patri in rebus filii, propter ius quod in ipso seruo & filio habent: quæ iura in secundam potius quàm in tertiam partem reiicienda essent, cum non principaliter propter res, sed propter personas nobis competant. Porrò sunt causæ iuris generales, quibus iura vel adquiruntur, vel conseruantur, vel amittuntur, uel denique recuperantur. Adquirūtur iura per successiones tam ex testamento quàm ab intestato, per legata & fideicommissa, per donationes item & usucapiones, quæ causæ cum suis actionibus quartæ parti possunt includi. Sed & adquiruntur iura per pacta & transactiones, item per obligationes & actiones, quarū aliæ ex contractu, aliæ ex delicto nascūtur: illæ quidem quintā, hæc uerò sextam partem constituere possunt. Conseruantur demū iura per exceptiones, &c. amittuntur per alienationes, capitis deminutiones, captiuitatem, &c. recuperantur deniq; amissa iura per in integrum restitutionem, postliminium, &c. cuius generis causæ in septimam, eamque vltimam partē reiici possunt, adiunctis duobus titulis generalibus, De verborum significatione, & De regulis iuris. Hoc modo toto Iure ciuili in septem partes distributo, tres quidem priores iuris genera cum suis causis & actionibus: quatuor verò posteriores, causas iuris generales continebunt. Nam PRIMA quidem pars ius publicum, SECVNDA autem ius priuatum quod in personis, TERTIA demum ius quòd in rebus habemus tractabit. Cumque causæ uel in adquirendo, uel in conseruando, uel in amittendo, uel denique in recuperando iure consistant: tres quidem sequentes partes, causas quibus iura adquiruntur, posterior uerò reliquas continebit. Nam QVARTA pars comprehendet Successiones, tam ex testamento, quàm ab intestato, Legata & fideicommissa, Donationes & vsucapiones: QVINTA continebit pacta & transactiones, obligationes & actio

nes ex contractu: SESTA Obligationes & actiones ex delicto descendentes: SEPTIMA denique & vltima pars Exceptiones, capitis deminutiones, captiuitates, in integrum restitutiones, Postliminium, & alias similes causas, quibus iura uel conseruantur, vel amittuntur, vel recuperantur amissa, adiunctis dictis duobus titulis generalibus. Hæ partes singulæ rursus in certos libros, libri in titulos vel capita. capita in locos ac membra subdiuidi possunt, generibus iuris in suas species ac mēbra subdiuisis: singulisque mēbris sui loci ac leges, quibus ea descripta sunt, possunt subijci. Postremò in qualibet re, puta iudiciaria, ecclesiastica, militari, ciuitatum, &c. sunt personæ, res & actiones tanquam partes ipsius rei. Sic in iudicijs sunt personæ quidē, iudex assessor, postulans aduocatus & procurator, actor & reus: res aūt sunt, res litigiosæ & in iudicium deductæ: actiones demū sunt, citatio, libelli editio, dilatio, satisdatio, &c. Sic in ciuitate sunt personæ quidē, magistratus & ciues: res autem, res ciuitatis publicæ, mobiles & immobiles: actiones deniq;, munera & honores, &c. in huiusmodi igitur rerum descriptionibus notandæ sunt descriptiones personarum, rerum & actionum tanquam partium. Nam hoc est quod Caius Iurisconsultus dicit: Omne ius aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones partinere. Nec istud verbum Actiones eo loci de ijs tantum actionibus, quibus id quod nobis debetur in iudicio prosequimur, intelligendum est: sed etiam de alio quolibet actu, cuius forma & modus à iure præscribitur. In personarum autem descriptionibus potissimùm notanda est ordinatio personæ, puta magistratus, episcopi, procuratoris, &c. item officia & priuilegia eius, &c. In descriptionibus rerum notandæ potissimùm sunt causæ, quibus eę adquiruntur & amittuntur, &c. In actionum descriptione notandæ sunt circūstantię, puta persona, res, causa, locus, tempus, modus, antecedentia, adiuncta & consequentia. Iuxta hanc rationem & antea aliquot iuris locos & nunc primam Iuris ciuilis partem digessi, reliquasque in posterum digerere decreui. Maximè autem mihi ad eam rem perficiendam opus est eo qui olim poetis contigit Mœcenate. [illegible] autem [illegible] te virum vt literat[illegible] [illegible] hanc primam Metho[illegible]

DE LEGIBVS, MAGISTRATIBVS ET IVDICIIS PVBLICIS.

Liber Primus.

DE IVRE ET LEGIBVS.

Inst.lib.j.tt.j.cum sequen.ff.lib.j.tt.j.cum sequen.
C.lib.j.tt.14. cum sequentibus. Cap. I.

¶ *I. Nomen iuris unde descendat.*
ff.tt.j.l.j.in prin.

¶ *II. Distinctio significatorum*
ff.tt.j.l.11.l.12.lib.11.tt.j.l.4.§.fin.

¶ *III. Definitio iuris & legis.*
ff.tt.j.l.j.§.j.tt.3.l.1.l.2.

¶ *IIII. Origo iuris,& causæ efficientis.*
ff.tt.2.l.2.in princ.usque ad §. Post originem.tt.3.l.40. uide insuper. j. diuisiones iuris & legum.

¶ *V. Finis & officium iuris ac legum.*
ff tt.3.l.7.l.22.§.fin.tt.5.l.2.
Iuris præcepta tria sunt. Inst. tt.j. §. iuris.ff. tt.j.l.10.

¶ *VI. De legislatione.*
Qui leges ferre possint, uide. j. diuisionem iuris scripti, eiusq; species.
De quibus rebus leges ferendæ. De iis quæ frequenter, non quæ rarò accidunt.ff.tt.3. l.3.cum tribus ll. sequentib. l.10. lib.50. tt.17.l.64.
Modus ferendi leges, antecedentia item & consequentia ff.tt.3.l.8.tt.4.l j.§.j. C.tt. 14.l.2.l.3.l.8. l.11. De insinuandis legibus latis. C. tt.15.l.j. tt.23. l.3. Nouell. c.124.§. Quia uerò.c.152.

¶ *VII. De legum interpretatione & suppletione.*
Ratio & causa interpretandi & supplendi.ff. tt.3.l.10.cum trib.ll.seq.
Quibus competat ius interpretandi & supplendi.C.tt.14.l.j.l.9.§.final. l.10.l.11. Nouell.c.138.c.163.in prin.
Modus interpretandi & supplendi quis sit, uide.j.lib.2.cap.De causæ cognitione,mem br.de rebus dubiis.
De trahendo leges priores ad posteriores,& contrà.ff.tt.3.l.26.l.27.l.28.tt.4.l.4.
Cum lex in præteritum quid indulget,in futurum uetat.ff.tt.3.l.22.

¶ *VIII. De ratione legis non inquirēda.*
ff.tt.3.l.20.l.21. lib.9. tt.2.l.51. §.multa. lib.40.tt.9. l.12.in princ.uers.quod quidem.lib.50.tt.17.l.202.C.li.9.tt.29.l.2.

¶ *IX. De legum mutatione.*
ff.tt.3.l.23.tt.4.l.2.libr.4.tt.j.l.7.libr.50. tt.17.l.143.

¶ *X. De iurisprudentia, scientia & ignorantia: item de iurisconsultis.*
Definitio iurisprudentiæ,Inst.tt.j. in princ. ff.tt.j.l.10.§.fin.
Scire leges quid sit.ff.tt.3.l.17.
Omnes tenentur leges scire.C.tt.14.l.9.
De ignorantia iuris quatenus excuset, uide. ff.lib.22.tt.6.C.lib.j.tt.18.
De iurisconsultis.Inst.tt.2.§.respōsa.ff.tt.j. l.1.§.1. tt.2.l.2.§.iuris ciuilis scientiam. cum sequent.

¶ *XI. De iustitia, & iuris legumq; obseruatione.*
1 *Iustitia quid sit?* Inst.tt.1. in princ.ff.tt.1. l.10.in prin.
2 *Causæ ex quibus leges obseruandæ vel non?*
Si non ritè latæ sint nec ab eo qui ius ferendi leges habet,nec sint insinuatæ: uide paulò superius de legislatione.
Si contra iuris rationem receptum vel constitutum ius sit.ff.tt.3.l.14.l.15.l.16.l.39.
Si leges mutatæ sint, uel in desuetudinem abierint, uel aliud ius efficacius contrarium sit:uide.j lib.2.cap.de causæ cognitione.membr.de rebus dubiis.

Si euidens poscit æquitas, ut à communi iure recedatur. ff. li. 4. tt. 1. l. 7. li. 50. tt. 17. l. 143.
Si quis impetrauerit rescriptum, ut ei liceat leges transire. C. tt. 16. l. 1.
Si personale rescriptum sit, uel in alia aliqua causa q d sit iudicatũ. C. tt. 14. l. 2. l. 3. l. 11. in prin. Vide insuper. j. de personalib. constitutionibus. item de Iudicato, c. sequẽti.

3 *Quæ sint obseruandæ si duæ diuersæ sint*, uide j. lib. 2. cap. de caussæ cognitione, membr. de rebus dubiis.

4 *A quibus sint obseruandæ.*
De Imperatore & Augusta. ff. tt. 3. l. 11. li. 32. l. 23. C. tt. 14. l. 4.

5 *In quibus causis sint obseruãdæ, et à quo tpe.*
De causis præteritis & pendẽtib. C. tt. 14. l. 7. Nouell. c. 66. c. 75. c. 115. in prin. c. 152.

6 *Modi quibus non obseruantur leges.*
Non obseruantur leges dupliciter. Si quid contra leges fiat, & si in fraudẽ legis quid factum sit, cuius utriusque definitionem, ac differentiam uide. ff. tt. 3. l. 29. l. 30. lib. 49. tt. 15. l. 3. in prin. usque ad §. tacita. C. tt. 14. l. 5.
Si quis non tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita iudicet uel respõdeat. ff. tt. 3. l. 24.
Si iudex contra constitutiones pronunciauerit, uide. j. lib. 2. c. 2. membr. 3.

DE IVRIS SPECIEBVS. Cap. II.

¶ *I. Diuiditur ius in publicum & priuatũ.* Inst. tt. 1. §. huius. ff. tt. 1. l. 1. §. huius. Item in Ius naturale gentium & ciuile, Inst. tt. 1. §. huius. ff. tt. 1. l. 1. §. priuatum. l. 9.
Item in ius personarum, rerum & actionũ. Inst. tt. 2. §. fin. ff. tt. 5. l. 1.

1 *De iure publico.* Inst. tt. 1. §. Huius. ff. tt. 1. l. 1. §. Huius.

2 *De iure priuato.* Inst. tt. 1. §. Huius. ff. tt. 1. l. 1. §. Huius.

3 *De iure naturali.* Inst. tt. 2. in prin. ff. tt. 1. l. 1. §. ius naturale. ff. lib. 50. tt. 17. l. 32. l. 35. l. 148. l. 206.

4 *De iure gentium.*
Definitio. Inst. tt. 2. §. Ius autem gentium. ff. tt. 1. l. 1. §. fi. l. 9. §. fi.
Differentia à iure naturali. ff. tt. 1. l. 1. §. fin.
Differẽtiã à iure ciuili, uide paulò inferius.
Species huius iuris. Inst. tt. 2. §. Ius autẽ gentium. ff. tt. 1. l. 2. c tribus ll. sequentibus.

5 *De iure ciuili.* Definitio. ff. tt. 1. l. 6. l. 9.
Differentia à iure gentium, & naturali. Inst. tt. 2. §. ius autẽ. §. Sed naturalia. ff. tt. 1. l. 9.
Proprium. Ex unaquaque ciuitate appellatur. Inst. tt. 2. §. Sed ius quidem.
Diuisio in ius scriptum & non scriptum. Inst. tt. 2. §. constat. ff. tt. 1. l. 6. §. fin.

6 *De iure non scripto, seu longa consuetudine.* Inst. tt. 2. §. sine scripto. ff. tt. 3. l. 32. cũ seq. usq; ad l. 40. inclusiue, li. 39. tt. 3. l. 1. §. deniq; ait de cõd. l. 2. in prĩ. li. 50. tt. 17. l. 34. C. li. 8. tt. 53. to. Feud. li. 2. tt. 1. §. legũ aũt.

7 *De iure scripto.*
Definitiones. ff. tt. 3. l. 1. l. 2.
Diuisio in legẽ, senatusconsultũ, plebiscitũ, magistratuũ edicta, principum placita, & responsa prudentum. Inst. tt. 2. §. scriptum autem. ff. tt. 1. l. 7. tt. 2. l. 2. §. ita in ciuitate. Reliqua de hoc iure, uide supra. cap. 1.

8 *De lege seu iure quod populus statuit.* Inst. tt. 2. §. lex est quod.

9 *De senatusconsulto.* Inst. tt. 2. §. senatusconsultum. ff. tt. 2. l. 2. §. Deinde quia difficile. tt. 2. l. 9. C. tt. 16. l. 1.

10 *De plebiscito.* Inst. tt. 2. §. Plebiscitum. ff. tt. 2. l. 2. §. Deinde cum esset.

11 *De iure prætorio seu honorario.* Inst. tt. 2. §. Prætorium. ff. tt. 1. l. 7. l. 8. l. 11. §. Nec minus. tt. 2. l. 2. §. eodem tempore.

12 *De responsis prudentum.* Inst. tt. 2. §. responsa. ff. tt. 2. l. 2. §. his legib. latis. §. ut obiter sciamus.

13 *De principum placitis seu constitutionibus.*
Legis uim habent. Inst. tt. 2. §. Sed & quod. ff. tt. 4. l. 1. tt. 2. l. 2. §. nouissimè. lib. 47. tt. 12. l. 3. Diuus Adrianus. C. tt. 14. l. 8. l. 11. §. fi.
Diuisio in generales & personales. Inst. tt. 2. §. Sed & quod. ff. tt. 4. l. 1. §. fin.

14 *De cõstitutionibus personalibus et priuilegijs.*
Inst. tt. 2. §. sed & quod. ff. tt. 4. l. 1. §. fi. li. 50. tt. 17. l. 68. l. 156. C. tt. 14. l. 2. l. 3. §. fi. l. 6. uide insuper. j. de rescriptis.

15 *De sacris regulis*, C. tt. 2. l. 6. l. 12. §. 1. Nouell. c. 6. §. Sed etiam sic eum. c. 83. §. Si uerò ecclesiasticum. c. 131. in prin.

16 *De iudicato.* ff. tt. 3. l. 38. C. tt. 14. l. 2. l. 3. l. 11. in prin. lib. 7. tt. 45. l. 13.

DE

DE RESCRIPTIS PRINCIPUM : & supplicationibus. C.l.j. tt. 19. cum sequentibus. Cap. III.

¶ I. An scriptum sit utile, nec ei obuiãdũ. tt. 21.l.2.tt.23.l.5. distinguitur.

1 *Ex tpe & antecedentibus. De supplicationibus*

Si seruus supplicauit. tt. 19.l.1.l.6.

Si lite pendente supplicatio facta sit, uel rescriptũ emissum. tt. 21.l.2.li.7. tt. 62.l.13. Nouell.c.82.§.omnis denique.c. 113.

Si post sententiam prouocatione omissa supplicatũ uel rescriptũ sit. tt. 21.l.1.l.3.li.2. tt.9.l.3.lib.7.tt.43.l.fi.tt.50.l.3. Nouell. ca. 113.§.ad hæc & illud. Distinguitur, si aduersus sententiam præfecti prætorio, à qua non licet appellare supplicatum sit, de quo vide j.lib.2.cap. de appellationibus. Adfinia remedia.

Si is qui supplicat in precib. mentitus sit, uel quædam omiserit. tt. 22.l.1.usque ad l.fin. tt. 23.l.7.ff.lib.48.tt. 10.l.29.

An exempla instrumentorum precibus adiungenda, uel potius uis illorum in precibus exprimenda sit? tt. 19.l.8.

2 *Ex qualitate rescripti, et re rescripto mãdata.*

Si rescriptum contra ius sit, uel utilitatem publicam. tt. 19.l.3.l.7.tt.22.l.fin.

Si damnosum fisco sit. tt. 19.l.3.

Si præscriptio peremptoria rescripto sit data. tt. 19.l.2.

Si præscriptio temporalis, & solutionis dilatio sit concessa. tt. 19.l.2.l.5.

3 *Ex instrumento rescripti, et consequentibus.*

De instrumenti & conceptione & formatione. tt. 23.l.4. l.6. l.7. §.nec aliquem. Nouell.c.114.

De instrumenti insinuatione. tt. 23.l.3.

¶ II. Cui sit utile rescriptum?

Si alter sociorum in communi causa supplicauit, an vtrique prosit rescriptum. tt. 23 l.1.

¶ III. Quandiu sit utile?

An etiam vltra annum prosit? tt. 23.l.2.

¶ IIII. Euentus.

Supplicatione oblata, & rescripto impetrato, lis contestata est, actionesque tam hæredi, quàm in hæredẽ competũt. tt. 20.l.1.

Et actiones annales perpetuant. tt. 20.l.2.

Pœnam mendacis supplicationis, uide paulò superius uers. Si is qui supplicat.

DE MAGISTRATIBUS & Iudicibus. ff. lib. 1. tt. 9. cum sequent. C. lib. 1. tt. 26. cũ seq. Cap. IIII.

Incipit secunda pars libri.

¶ I. De ordinandis seu creandis Magistratibus.

1 *Qui & quales creandi.*

De uiris probatæ uitæ. C.lib.9.tt.27. l.6. in princ. Nouell.c.8.§.quapropter.

De formosis, & notatis, uitæq; improbatæ uiris. C.lib. 12.tt. 1.l.2.li. 10.tt.57.l.1.

De ignominiæ causa dimissis militib. C.lib. 10.tt.54.l.1.

De ordine motis & restitutis. C.li. 10.tt.59. ff.lib.50.tt.2.l.3.§.imperator.

De exule restituto. C.lib. 10. tt.59.l.2.

De iis quibus honoribus interdictum est. ff. lib.48.tt.22.l.7.§.fin.

De iis qui flagellis cędũtur. ff.li.50.tt.3.l.2.

De reo publici criminis. ff.li.50.tt.1.l.17.§. In quæstionibus. l.21.§.idem respondit. la 4.tt.4.l.6.§. Si quis accusatorem. l.7. in prin. C.li. 10.tt.58.

De eo cuius pater est in reatu. ff.lib.50.tt.2. l.2.§.Nullã, tt.4.l.3.§. Quod pater. la.3.

De seruis. C.lib. 12.tt.34.l.7.

De colono originario Cæsa. C.li.11.tt.67.l.1

De Iudæis. ff.li.50.tt.2.l.3.§.fin.

De eo q decurio nõ est. ff.li.50.tt.2.l.7.§.is q.

De negotiantibus artes uilissimas. C.li. 12. tt.1.l.6.tt.58.l.12.§.fin.

De filiis libertorum. C.li. 12.tt.1.l.9.

De pauperibus. ff.li.50.tt.4.l.6. in prin.

De prouinciali & ciue eius loci. C. tt. 41. l. 15.li.9.tt.29.l.3.

De debitoribus rerũ pub. ff.li.50.tt.4.l.6.§. debitores, usq; ad §.sciẽdũ. C.li.11.tt 32.l.1.

De eo qui cohortal. obsequiis obligatus est, eiusq; liberis. C.lib.1. tt.41.l.13.lib.12.tt. 58.l 12.

De iuris imperito. Nouell.c.82.in prin.

De minoribus annis & impuberibus. ff.lib. 50.tt.4.l.8.tt.6.l.2.§.fin.

De reliquis. Nouell.c.8.§.quapropter.c.82. in pri. usq; ad §.sedebũt.c.161.§.Nos aũt.

2 *A quibus & quorum authoritate creandi.*

C.tt.41.l.15 ff.lib.48.tt. 14.l.1.in prin. Nouell.c.82.§.si quis.

3 *Antecedentia et adiuncta, et de causa creãdi.*

Vt gratis ordinentur, & quid ab illis erogãdũ.

C.lib.9.tt.27.l.6.lib.12.tt.19.l.7.§.illud tamen.Nouell.c.8.in princ.§.His omnib. §.Ad eum itaque modum. §. Cæterum si quis.§.Magno igitur.§.Feratur autem.itẽ in subiecto edicto.item. c.161.§.1.§. Sed & ut circa.

De ambitus crimine.ff.lib.48.tt.14.l.1.

De iureiurando à creandis præstando.C.lib. 9.tt.27.l.6.Nouell.c.8.§.Ad eum itaque. §.Iusiurandum.§.Scriptum huius,cum sequentibus.cap.9.Fride.const.§.statuimus. De codicillis suscipiendis. Nouell.c.8.§. qui uerò admi.

¶ *II. Iura & priuilegia magistratuum.*

1 *De Annonis, capitu & sportulis iudicum, & ne quid amplius accipiant.* C. libr. 1. tt.27. tt.41.l.7.tt.50.l.1.lib.7.tt.51. l.5. lib.9. tt.27.l.6.li.12.tt.17.l.4.tt.19.l.11.tt.20. l.3.Nouell.c.8. §.illud sanè. §. sed neque eos.§.Ad eum itaque modũ.§.Cęterum si quis, cum sequent. item in Subiecto edicto.c.17.§.Oportet igitur.c.82.§.Nemine.§.Porrò ne circa.usque ad §. ut autem omnimodo.c.86. §.Præterea si quis.c.95. §.Atque ex eo.§.& mox ubi.§. Alioqui.c. 124.§.Sed & hoc iubemus.Vsq; ad §.quia uerò.c.134.§. sed & hoc ad nos. usque ad §.Appellationes.c.161.§.præterea ut neque.§.quemadmodum.

De donis illis oblatis à subditis.ff.li.j.tt.16. l.6.§.non uerò.lib.48.tt.11.l.8. C.li.12. tt.49.l.1.tt.64.l.1.lib.1.tt.51.l.1.

2 *De dignitate magistratus,C.li.12.tt.1.cũ seq. Quæ dignitas cuique cõpetat, & qui quos præcedant dignitate?*

tt.3.l.1.tt.4.l.1.l.2.tt.5.l.1.tt.7.l.2.§.fin.tt. 8.l.2.tt.10.l.1.tt.11.l.1.tt.12.l.1.l.2.tt. 13.l.1.tt.14.l.1.tt.15.l.1.tt.16.l.1.l.3.§. fin.tt.17.l.2.tt.18.l.1.tt.19.l.1.l.2.l.3.l.5. l.13.§.fina.tt.22.l.3.l.4.§.fina.l.5.tt.24.l. 13.l.14.tt.29.l.4.tt.30.l.2.tt.32.l.1.tt. 50.l.3.tt.55.l.4.lib.1.tt.28.l.3.

Vsus cinguli quibus cõpetat? tt.5.l.5.tt.19. l.8.tt.22.l.6.tt.50.l.3.

De insulis quibus competant. tt.7.l.2.§.fin.

De iure adorandi purpuram.tt.53.l.1.li.11. tt.9.l.2.

De iure salutandi ordinarios iudices. tt.19. l.2.tt.22.l.4.§.sed insalutat.

De iure ingrediendi secretarium, & sedendi cum iudice.tt.19.l.2.l.5. tt.22.l.4.§.sed in salut.lib.1.tt.43.l.1.tt.46.l.3.

De iure osculandi præfectum in salutando. tt.17.l.1.

De patriciatus dignitate.tt.3.l.3.in prin.

De perfectissimatus dignitate.tt.33.l.1.

De ordine militari qui sint eius ordinis. tt. 55.l.2

Si quis indebitũ sibi locũ usurpauerit.tt.8.l.1

Quibus competat dignitas?

De liberis magistratus.tt.1.l.1.tt.16.l.5.§.fi. tt.21.l.2.§.fin.tt.22.l.7.

De uxoribus.tt.1.l.1.l.13.tt.21.l.2.§.fi.lib. 10.tt.39.l.9.ff.lib.1.tt.9.l.8.

Causæ amittendæ dignitatis.

Si se furtis & sceleribus maculauerit.tt.1.l.12

Si iusiurandum non seruauerit.tt.1.l.17.

Si ultra tempus commeatus abfuerit. tt.7.l. 2.§.hos autem.tt.17.l.3.tt.43.l.2.l.3.

Si ad maiorem dignitatem peruenerit, an prioris dignitatis priuilegia amittat. tt.1. l.3.tt.7.l.1.tt.16.l.3.in princ.tt.19.l.4.§. fin.l.8.tt.22.l.6.

Si mulier maritum amiserit,uel mutauerit. tt.1.l.13. lib 10. tt.39.l.9.lib.11.tt.7.l.3.

3 *Reliqua magistratus et dignitatu priuilegia.*

De reuerentia illis & obsequio præstando. C.li.1.tt.41.l.5.tt.46.l.2.l.3. l.12. tt.17. l.1.si non præstatur illis obsequium.C.li.1. tt.41.l.2.l.11.l.12.

De iis ab omni iniuria defendendis.C.li.12. tt.1.l.5.l.8.

De iis acclamatione excipiendis. C. lib. 12. tt.6.l.1.

De usu uehiculi.C.li.11.tt.19.l.1.

De immunitatibus illorum à muneribus,uide.j.de muneribus.

De habitationibus & profectionibus illorũ uide paulo inferius uers.de habitatione.

De illis non torquendis,uide.j. de quæstionib.& tormentis in carcerem non detruduntur, & de illorum criminibus relatio fit ad principem.C.lib.12.tt.1.l.16.

Conuenti satisdare non coguntur.C.lib.12. tt.1.l.17.

Sententia sine scriptis contra illos non ferenda.C.lib.12.tt.1.l.17.§.final.tt.22.l.8.§. hoc etiam adiiciendo.

De priuilegiis illorum circa expẽsas litium & sportulas.C.li.12.tt.10.l.9.tt.19.l.12. §.mo-

§.modum insuper.usque ad fi.legis. tt.21. l.2.tt.22.l.8.tt.26.l.4.§.1.tt.3.l.3.in prin. uers.ita ut executoribus,cum sequen.

¶ III. De Imperio & iurisdictione magistratus.

Imperii diuisio in merum & mixtum.item diffinitio utriusque.ff.lib.5.tt.1.l.3.

Qui & quæ causæ,cuiusq; iudicis iurisdictioni sint subiectæ.ff.li.2.tt.1.l.1.cum trib.sequen.Nouell.c.8.§.illud sanè.uers.non tamen.usque ad §.sed neque eos.

De mandanda iurisdictione,& iudice dando.

1 *Qui iudices dare,& iurisdictionem mandare possint.*

Iudicem dare possunt quibus lege uel constitutione, uel senatusconsulto conceditur. lege,sicut proconsul.&c.ff li.5.tt.1.l.12. §.iudicem.

De eo cui mandata est iurisdictio,& de iudice delegato.ff.l.1.tt.21.l.5.in princ.lib.2. tt.1.l.5.l.6.in prin.lib.5.tt.1.l.12.§.iudicem.C.lib.3.tt.3.l.3.tt.1.l.5.

De præside.C.lib.3.tt.3.l.2 l.5.

De prætore.ff lib.2.tit.1.l.16.

De procuratore Cæsaris.ff.lib.49.tt.1.l.23. §.cum procurator.C.lib.3.l.1.

De eo.q. nõ est magistratus.ff.li.1.tt.1.l.13.

2 *Quos dare iudices possint;et quibus mãdare.* Vide.j.lib.2.cap.2.in princ.

Si causa ad principem sit deuoluta , quibus ab eo mandari possit ? ff.lib.49.tt.1.l.26. C.li.7.tt.62.l.26.l.32.§. huic saluber.l. 34.l.35.

3 *Quæ mandari possint.*

Aut omnem iurisdictionem mandare potest, aut unam speciem.ff.lib.2.tt.1.l.16.l.17.

De causa quæ non est iurisdictionis eius qui eam delegat.C.lib.3.tt.4.

De reliquis.ff.lib.1.tt.21.l.1.in prin. usque ad §.qui mandatum.l.4.in prin.§.final.C. lib.3.tt.3.l.2.l.5.

4 *Causæ ex quibus mandanda iurisdictio & causa deleganda est.*

C.lib.3.tt.3.l.2.l.4.l.5.ff.li.5.tt.1. l.47.

5 *Quando iudex dari possit.*

Si eo die quo quis priuatus futurus est, iubeat iudicare.ff.lib.2.tt.1.l.13.

6 *Modus quo datur iudex.*

Si prætor unum ex plurib.iudicare uetat, cæteris id committere uidetur. ff. lib.5.tt. 1.l.12.in prin.

7 *Causæ quibus data iurisdictio ammittitur & euanescit.*

Si is qui iurisdictionem mandauit,re integra decesserit,ff.lib.2.tt.1.l.6.

Si tempus ad quod iudex datus est effluxit.ff. lib.5.tt.1.l.2.§.si & iudex.l.32.l.49. §.fi.

Si mutatus sit iudex: & de iudice mutando, alioq; subrogando.ff.lib.5.tt.1.l.2.§.si & & iudex.l.17.l.18.in prin.l.30.l.46.l.49. in prin.l.76.C.li.3.tt.3.l.4.

8 *Euentus & iura eius cui mandata est iurisdictio.*

Is cui mandata est iurisdictio, propriũ nihil habet:sed eius qui mandauit,iurisdictione utitur.ff.lib.1.tt.21.l.1.§.qui mandatam. l.3.lib.2.tt.1.l.16.C.li.1.tt.48.l.12.

Cui iurisdictio mandata est,ei ea quoque cõcessa esse uidentur,sine quibus iurisdictio explicari non potest.ff.lib.2.tt.1.l.2.

Iurisdictio sine modica coercitione nulla est ff.lib.1.tt.16.l.5.§.fin.

An imperium etiam uel animaduersio illi cõpetat ?ff. lib.1.tt.21.l.1.§.qui mandatam. §.fin.l.5.§.fin.

Reliqua iura eius cui mandata est iurisdictio ff.lib.1.tt.21.l.1.in prin.l.2.l.4. in princ. lib.2.tt.1.l 2.C.lib.1.tt.46.l.1.l.2.

¶ IIII. Officia magistratus.

De causis cognoscendis , & dirimendis litibus Nouell.c.17.§.3.c.86.in princ.usque ad §.porrò si contingat. §.obtemperanté.

De pace curanda.Nouell.c.17.§.deinde conueniens.

De mandatis principis insinuandis & exequendis.Nouell.cap.134.§.præterea hoc quoque.

De non lædendis subditis.Nouell.cap.86.§. porrò si contingat.§.certè si quem.

De nihil accipiendo à subditis , uide paulò superius uers.de annonis,capitu,&c.item paulò inferius de lege Iulia repetundarũ.

De tributis exigẽdis & suscipiendis, uide.j. de iure fisci.

Ne quid in prouincia quam administrant, emant,nec donationes accipiãt, neq; ædificẽt.ff.li.48.tt.11.l.8. C.lib.3.tt.51.l.j.

De habitatione magist. C.lib.1.tt.41.l.6.l. 14.lib.12.tt.1.l.15.l.18.

De profectionibus. C.lib.12.tt.1.l.15.l.18. Nouell.

Nouell.c.128.§.ultra hæc.c.134.§.porrò nulli.

Ne urbe sine iussu principis adeant. C.lib.1. tt.41.l.9.li.12.tt.1.l.18.

De reliquis officiis. Nouell. c.8.§. proinde cum ita,usque ad §.Cæterùm si quis.

Officia magistratus officio finito.

Ne ante successoris sui aduentum, administrationem deponant.ff.lib.1. tt.16.l.10. tt.17.l.1.C.lib.1.tt.47.l.1.§.administrationem. Nouell.c.95.§.deponet aūt eam.

Vt exercitium successori tradat.ff.li.48.tt.4. l.3.§.quive cum.

Vt de prouincia, postquam ei successum est decedat.ff.lib.48.tt.4.l.2.in prin.

¶ *V. Euentus administrationis.*

1 *Vt post depositam* administrationem quinquaginta dies in ciuitatibus celebrioribus commorentur: Et de actionibus subditorum excipiendis.C.lib.1.tt.47.li.9.tt.27. l.4.Nouell.c.8.§.secundum ueteres.usq; ad §.illo scilicet obseruan. §. denegamus enim illis.c.95.in prin. usque ad §. illud omnibus. c.128.§.præterea,usque ad finé. c.161.§.simul atque.

2 *De collaudandis bonis*,& accusandis malis iudicib.à prouincialibus publica acclamatione.C.li.1.tt.41.l.3.Nouell.ca.8.§.damus aūt. Vsque ad §.enimuerò ut & nos.

3 *De actione* quæ datur ex administratione magistratus,uide j̃.de muneribus.li.3.c.24.

4 *De lege Iulia re putandarum.* ff.lib.48.tt.11.C.li.9.tt.27.

1 *Causa ex qua datur hoc iudicium.*

Si is qui in magistratu, uel quo alio officio uel munere ministeriove publico est, pecuniam à subditis ob iudicandum uel nō iudicandum,uel ob aliam similem causam accepit.ff.l.1.l.3.l.4.l.6.l.7.in princ.usq; ad §.hodie.9.C.l.3.l.4.l.6.

DISTINGVITVR.

Si ab exceptis amicis accepit: ut à sobrinis, cognatis & uxore.ff.l.1.§.fi.l.7.§.apparet.

Si is qui est ex cohorte magistratus accepit, item comes domesticus, & ministri eius. ff.l.1.l.5.C.l.1.

2 *Aduersus quos competat.*

De hæredibus.ff.l.2.tt.13.l.14.C.l.2.

De comitibus iudicum.ff.l.5.

De eo qui dedit. C.l.6.§.fin.

3 *Quando & quandiu competat.*

Tam in administratione,quam post depositā administrationem.ff.l.4.§.fin.

Intra anni spacium post depositam administrationem.C.l.5.

In hæredes intra annum datur.ff.l.2.

4 *Pœna.*

Extraordinaria est.ff.l.7.§.fin.

In quadruplum competit. C.l.1.l.6.§.fin.

5 *Euentus.*

Hac lege damnatus testimonium dicere, aut iudex esse, postulareve prohibetur.ff.l.6. §.Hac lege.

Donatio,uéditio & locatio cōtra hāc legé facta,irrita est,nec tres potest vsucapi.ff.l.8.

DE IMPERATORE & Augusta. Cap. V.

¶ Hactenus de magistratu in genere,nunc in specie:& primum de Imperatore.

Priuilegia fisci Imperatori & Augustæ competunt.ff.lib.49.tt.14.l.6.§.fin. C.li.7.tt. 37.l.3.De hisce priuilegiis,uide j̃. lib.3. cap.de iure Imperatoris & fisci.

Imperator & Augusta legibus sunt soluti. ui de supra cap.1.uer. de Imperatore uel Augusta.

De eo qui ab Imperatore uel Augusta quid comparauit, ne eo nomine conueniatur. C.lib.7.tt.37.l.3.

De precibus Imperatori offerendis, & rescriptis principis,uide supra cap.3.

De decretis & statutis Principis non disputandis.C.lib.9.tt.29.l.2.

De crimine aduersus Imperatorem admisso, uide infra de lege Iulia maiestatis.

De statua & imagine Imperatoris, de his qui ad statuā Imperatoris confugiunt. C.li.1. tt.24.l.2.ff.li.48.tt.19.l.28.§. ad statuas.

De statua Imperatoris non adoranda.C.li. j.tt.24.l.2.

De eo si quid aduersus statuas uel imagines Cæsaris sit commissum.ff.lib.48.tt.4.l.4. §.fin.l.5.l.6.l.7.§.fin.

Si ad statuas & imagines Principis ad iniuriam alterius quis confugit.ff.tt.19.l.28. §.ad statuas.lib.47.tt.11.l.5.

De familia & rebus Imperatoris. uide infrà lib.3.

DE MAGISTRATIBVS Vrbis Romæ. Cap. VI.

¶ *I. De Senatoribus, & Consularibus.*

ff. lib. 1. tt. 9.
Definitio Senatorum. l. 12. §. fin.
Domicilium. l. 11.
De Senatu motis. l. 2. l. 3. l. 7. §. 1.
De liberis, filiis & filiabus Senatorum. l. 5. cũ quinque ll. sequen.
De fœminis Cõsularibus. l. 1. l. 8. l. 12. in prin.
De Cõsularibus postea rursus consulibus fa ctis. C. lib. 12. tt. 3. l. 4.

¶ *II. De Consulibus.*

ff. lib. 1. tt. 10. C. lib. 12. tt. 3. Nouell. c. 105.
De non spargendis ab iis pecuniis, & quid pro consulatu expendi debeat: deq; processu consulum in publicum. C. l. 2. l. 3. §. quoniam uerò. l. 4. §. fi. Nouell. c. 105.
De dignitate illorum: uter vtrum dignitate præcedat. C. l. 1.
Officiũ Cõsulis circa manumissiones. ff. l. 1.

¶ *III. De Præfectis prætorio.*

ff. lib. 1. tt. 11. C. lib. 1. tt. 26.
Origo huius magistratus. ff. l. 1. in prin.
De creandis iis. Qui creandi. De clarissimis & spectabilibus, qui in prouinciis degunt. C. lib. 12. tt. 2. l. 1.
Qui subiecti sint illorum iurisdictioni. C. l. 4. tt. 29. l. 1.
Quæ cãæ illis sint subiectę. C. l. 3. .s̃. tt. 19. l. 1.
Data est ills plenior licentia ad disciplinæ publicæ emendationem. ff. l. 1. in princ.
Non potest ab eis appellari. ff. l. 1. §. 1. uide infra de appellat.
Minores ab horũ sententiis non nisi ab ipsis restitui possunt. ff. l. 1. §. fi.
Libellus præfecto datus non facit litis contestationem. C. l. 1.
Ferre leges potest. C. l. 2.
Iudices remouẽr, & alios subrogarẽ põt, C. l. 3
De rescriptis ad illum faciendis. C. l. 5.
De apparitoribus horum. C. lib. 12. tt. 53.

¶ *IIII. De Præfecto Vrbi.*

ff. lib. 1. tt. 12. C. lib. 1. tt. 28.
Qui & quæ causæ ad huius iurisdictionem & officium pertineãt. ff. l. 1. in prin. usque ad §. cura carnis. §. fi. l. 2. l. 3. C. l. 2. l. 4.
Cura carnis, ut iusto precio præbeatur: item forum suarium & aliarum pecorum ad hunc pertinet. ff. l. 1. §. cura carnis.
Cura item annonæ. C. l. 1.
Quies item populariũ. ff. l. 1. §. quies quoq;.
Quanta pęna coercere possit. ff. l. 1. §. cum patronus. §. fin.
De dignitate eius, quanta sit. C. l. 3.
De apparitoribus pfecti Vrbi. C. li. 12. tt. 54.
De primicerio, hoc est, primo notario pręfecti Vrbi. C. l. 5.

¶ *V. De Quæstore.*

ff. lib. 1. tt. 13. C. lib. 1. tt. 30. Nouell. c. 80.
Origo eius ff. l. 1. in prin.
Nomen & nominis ratio. ff. l. 1. §. 1. uers. ut à genere. Nouell. c. 80. §. magistratui.
De creandis iis, qui creandi, tam patricij quàm plebei. ff. l. 1. §. fin.
Species. Canditatus principis. ff. l. 1. §. fin.
Officia eius. ff. l. 1. §. ex quæstoribus. C. l. 1. cum duab. ll. seq. Nouell. c. 80. § uolumus. usque ad §. Quemadmodum verò.

¶ *VI. De Prætoribus.*

ff. lib. 1. tt. 14. C. lib. 1. tt. 40.
Etymologia, seu rõ noĩs. Nouel. c. 24. in prĩ.
De creandis prętorib. C. l. 2. supra. tt. 4. l. 4. Si seruus per ignorantiam prętor creatus sit, an gesta per eum rata sint. ff. l. 3.
De iurisdictione eius, & officiis circa manumissiones, emancipationes, & adoptiones. ff. l. 1. l. 2. C. l. 1.
Circa tutorem, curatorem & iudicem dandum. ff. l. 4. C. l. 1.
Circa causas liberales. C. l. 1.
Circa in integrum restitutiones. C. l. 1.
Circa reliqua, & de reliquis eius officiis Nouel. c. 24. §. hæc nos in animo.
De plebeis Prætoribus. Nouell. c. 13.
De prouincialibus prætoribus, uide infra cap. prox. mem. fin.

¶ *VII. De Præfecto vigilum.*

ff. lib. j. tt. 15. C. lib. 1. tt. 42.
Origo eius. ff. li. 1. l. 2. l. 3. in prin.
Nomen. Nouell. cap. 13. in prin. usque ad §. quoniam uerò.
Quæ causæ ad eius iurisdictioné pertineant. ff. l. 3. §. Cognoscit. §. fin. C. l. 1.
Qua pœna puniet incendia. ff. l. 3. §. & quia plerunque. l. 4. item effracturam. ff. l. 3. §. effracturæ.
Per totam noctem uigilare debet, circumire calceatus, &c. §. sciendum.

DE MAGISTRATIBVS Prouinciarum. Cap. VII.

De primo aduentu huius magistratus in prouinciam, Nouell. c.95.§.illud omnibus.
Reliqua huius magistratus generalia, uide supra cap.4.

¶ I. *De Proconsule & Legato.*
ff.lib.1.tt.16.C.lib.1.tt.35.

1 *De ingressu seu primo aduentu Proconsulis in prouinciam.*
Antecedentia. De edicto Prouinciæ mittendo.ff.l.4.§.antequàm.Nouel.c.95.§.illud omnibus.
Vt ingressum maturet. Nouell.ca.95.§.illud omnibus.
Per quē locū ingredieť. ff.l.4. §.ingressum.
Consequentia ingressus patietur sibi commendari ciuitatem, ędes sacras & opera publica circumibit,&c.ff.l.7.
2 *De iurisdictione eius*, plenissimam habet iurisdictionem. ff. l.7. §. final. l.8. l.9.in principio.
Causæ quæ pertinent ad eius iurisdictionē. ff.l.1.cum duabus ll.seq.l.7.§.fin.
De iurisdict.Legato mandata. ff.l.4.§.fi.l.5. l.6 in prin.§.1.
De iurisdictione mandata rursus adimenda. ff.l.6.§.1.
Quando ei competat iurisdictio?an antequā prouinciā sit ingressus.ff.l.1.l.2.l.4.§.fin.
3 *Officia eius.* Ne in hospitiis præbendis oneret prouinciam.ff.l.4.in princi.
Ne statores habeat.ff.l.4.§.1.
Ne uxorem secum ducat:aut si duxerit,ut delicta eius præstet.ff.l.4.§.proficisci.
De xeniis sibi oblatis accipiendis.ff.l.6.§. non uerò.
Ne nisi ex fascibus utatur.ff.l.14.
Vt consulatur à legatis.ff.l.6.§.legatos.
De decretis interponendis.ff.l.9.§.1.
Curabit ut sit ordo aliquis postulantiū,& ne negligātur imbecilles.ff.l.9.§.obseruare.
Circa aduocatos partium.ff.l.9.§.circa aduocatos.§.obseruare usque ad §.fin.
De cognitione de plano.ff.l.9.§. de plano.
Omnium qui Romæ ius dicunt,& præsidum prouinciarum partes ad eum pertinent.ff. l.7.§.fin.l.9.§.fin.
Reliqua officia.ff.l.7.l.9.§.de plano.
Officia eius pro consulatu finito.
Vsque in aduentum successoris omnia aget. ff.l.10.tt.17.l.1.
Ne Legatum ante se dimittat. ff.l.10.§.fina.
Portam Romæ ingressus deponit imperium. ff.l.16.
4 *Iura & officia Legati.* ff.l.2.§.final.l.11. l.12.l.13.l.15.C.l.1. uide insuper paulò superius, uers.de iurisdictione Legato mand.
5 *De apparitoribus Proconsulis & Legati.* C.lib.12.tt.56.

¶ II. *De Præside prouinciæ.*
ff.lib.1.tt.18.C.lib.1.tt.41.

1 *Definitio.*ff.l.1.
2 *De habitatione illius.*C.l.14.
3 *De gestis ab eo post euētū successoris.*ff.l.17.
4 *De actionibus aduersus præsidem competentibus.*ff.l.19.
5 *De iurisdictione eius,& imperio.*
Quæ causæ ad iurisdictionem eius pertineant,&c.omnes causæ de quibus Romæ magistratus cognoscit. ff.l.10. cum duab. ll.seq.uide insuper.ỹ.officiā eius.
Qui subiecti sint illius iurisdictioni?
De extraneis.ff.l.3.
De officialibus præfectorum.C.l.4.
De militibus & aliis.Nouel.c.8.§.Porrò uolumus.§.quod uerò à nobis.
Quantum sit illius imperium. Maius post principem imperium habet.ff.l.4.
Qua pœna punire possit. Ius gladii habet, & in metallum dandi potestatem. ff.l.6. §.pen.l.21.
Causæ amittendæ iurisdictionis.
Si prouincia excesserit.ff.l.3.in prin.
Si se abdicauerit.ff.l.20.
6 *Officia eius.* De muneribus & donis non capiendis.ff.l.18.
Ne quid iniustè à subditis accipiat. Nouell. c.17.§.oportet igitur.
De prouincialium uocibus ad principem referendis.C.l.3.
De resistendo potentioribus & insolentioribus.l.2.
De mulcta indicenda & indicta.ff.l.6.§.fin.
Vtrum necessitas cognoscendi illi imposita sit.&c.ff.l.8.l.9.
De adoptando,emancipando & manumittendo.ff.l.2.

Officium

Officium eius circa furiosos. ff.l.13.§.furiosis.l.14.

De tutore & iudice dando.ff.l.5.

De curando ut fines publici à priuatis separentur.ff.lib.50.tt.10.l.5.§.fin.

Cuius sumptibus proficiscendum illi sit. Nouell.c.128.§.ultra hæc.

Ne prouinciam egrediatur.ff.l.15.

De non adeunda urbe sine iussu principis. C.l.9.

Reliqua eius officia. ff.l.3.§.fi.l.6.l.7.l.12.l.13.in prin.l.19.l.21.Nouell.c.8.§.Sed neq; eos.§.Præterea. §. Oportet igitur. c.17.toto.c.134.§. quemadmodum auté usque ad §.sed & hoc.§.cum uerò contigerit.usque ad §.præterea.c.161.

¶ III. De magistratibus certarum prouinciarum.

De præfecto Aegypti,seu Australi.ff.lib.1.tt.17.C.lib.1.tt.38.

De proconsule Cappadocię. Nouell.c.30.

De proconsule Palestinæ.Nouell.c.103.

De proconsule Asię.C.lib.1.tt.35.l.2.

De moderatore Arabiæ.Nouell.c.102.

De quatuor pręsidibus Armeniæ. Nouell. c.31.

De Præside Hellenoponti.Nouell.c.28.

De Præfecto prætoriorum Africę.C.lib.1.tt.27.

De Prætore Pisidiæ.Nouell.c.24.c.145.

De Prætore Lycaoniæ. Nouell.25.c.145.

De Prætore Thraciæ.Nouell.c.26.

De Prǽtore Paphlagonię.Nouell.c.29.

De Pretore Sicilię.Nouell.c.104.

De Iuridico Alexandrinę.ff.lib.1.tt.20.C. lib.1.tt.55.

De Comite Isauriæ.Nouell.c.27.

De Comite Orientis.C.lib.1.tt.35.

De Apparitoribus Comitis Orientis. C. lib.12.tt.57.l.1.

DE VICARIIS APPARITORIBUS & ministris Iudicũ. Cap. VIII.

Preter iam enumeratos magistratus sunt & alij puta ecclesiastici, militares, ciuitatũ, de quibus ĩ.suis locis lib.3. nunc de Vicariis, Adiutoribus, Apparitoribus & ministris Magistratus, & Iudicum, primo in genere, deinde in specie.

¶ I. De Vicarijs & Apparitoribus in genere.

1 *Ne iudices varios habeant.* C.lib.1.tt.41.l.10.Nouell.c.8.§.nulli quoque.§.interdicimus.c.128.§.Adhęc sancimus.usque ad §.ultra hęc.c.134.in princ.usque ad §.item si in prouincijs.

2 *De mandata iurisdictione.* Vide supra c.4.

3 *De dignitate Vicariorum quos præcedant.* C.lib.1.tt.7.l.1.

4 *De relationibus Vicariorum ad Principem faciendis.* C.lib.1.tt.37.l.2.

5 *De creandis, seu constituendis Apparitoribus & Officialibus.*

Quot constituendi. C.lib.12.tt.58.l.9.Nouell.c.82.§.his qui lites.

Qui & quales constituendi.

De eo qui antea idem officium gessit.C.lib.9.tt.26.l.1.lib.12.l.1.tt.60.l.2.l.3.

De eo qui antea malè officium gessit, nec rationem reddidit. C.lib.10.tt.70.l.12.li.12.tt.24.l.2.tt.58.l.7.tt.60.l.1.l.5.

De iniquis & lucri cupidis.C.lib.12.tt.58.l.9.tt.60.l.7.Nouel.c.82.§.his qui lites.

De pauperibus.C.lib.12.tt.60.l.4.

De eo qui non est catholicę fidei.C.lib.12.tt.60.l.9.§.de his etiam.

De eo qui ex ea prouincia oriundus est, in qua officium est administrandum, uel in ea domicilium habet.C.lib.1.tt.41.l.15.lib.12.tt.60.l.3.

De Tabularijs, Scribis, & Logographis, horumq; filijs.C.lib.10.tt.69.l.1.

A quibus & quorum authoritate constituendi.

De authoritate & probatoria principis. C. lib.12.tt.28.l.2.tt.60.l.2.l.6.l.9.l.10.

6 *Officia Apparitorum & Officialium.*

Ne alter alterius officio se immisceat.C.li.12.tt.50.l.4.tt.61.l.2.

Ne subditos lædant, uel quid iniustè ab eis exigant.C.li.12.tt.61.l.5.tt.62.toto.

De reddenda ratione, uide paulò superius uers. de eo qui antea malè officium, &c.

¶ II. De Vicarijs & Apparitoribus in specie.

De Vicario Asianæ.Nouel.c.8.§.illud sanè.

De apparitore pfecti annonę.C.li.12.tt.59.

De primipilaribus.C.lib.12.tt.58.l.7.l.13.tt.63.l.1.

De co-

De cohortalibus. C. li. 12. tt. 58. l. 3. cũ duab. ll. seq. l. 10. cum quatuor ll. sequen.
De primicerijs. C. lib. 12. tt. 7. l. 2.
De irenarchis & stationariis. C. li. 10. tt. 75. l. 1. lib. 12. tt. 23. l. 1. tt. 58. l. 1. ff. lib. 48. tt. 3. l. 6. lib. 50. tt. 4. l. 18. §. irenarchæ.
De agentib. in reb. C. lib. 1. tt. 31. l. 2. lib. 12. tt. 20. l. 2. l. 3. tt. 21. l. 1. l. 2. tt. 23. toto. tt. 28. l. 1.
De principe agentiũ in rebus. C. li. 12. tt. 22.
De statoribus. C. lib. 12. tt. 25. l. 1.
De castrensiariis & ministerianis. C. lib. 12. tt. 26.
De decanis. C. lib. 12. tt. 27.
De referendariis sacri palatij. Nouell. c. 11.
De numerarijs. C. lib. 12. tt. 50. l. 1. cũ trib. ll. sequentibus. l. 8. l. 10. l. 11.
De exceptoribus. C. lib. 12. tt. 50. l. 5. tt. 53. l. 3. §. fin.
De actuariis. C. l. 12. tt. 50. l. 7. l. 9.
De cartulariis. C. lib. 12. tt. 50. l. 10. l. 12.
De tractatoriis & statiuis. C. lib. 12. tt. 52. l. 1.
De scriniariis. C. li. 12. tt. 19. l. 6. l. 10. tt. 50. l. 8. l. 10. l. 12. tt. 53. l. 3. §. fin.
De tabularijs. C. lib. 10. tt. 59. l. 3. tt. 69. l. 1. tt. 70. l. 13.
Reliqua huius generis suis subiecta sunt locis.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

Inst. lib. 4. tt. fi. ff. lib. 48. tt. 1. cum seq. C. li. 9. tt. 1. cum seq. Cap. IX.

Incipit tertia pars libri.

¶ 1. *Etymologia, seu ratio nominis. Inst. in prin.*

2 *Diuisio.*

In capitalia & non capitalia Inst. §. publicorum. ff. tt. 1. l. 2.

3 *Species.* Inst. §. publica autem, cum seq. ff. tt. 1. l. 1.

4 *Proprium.*

Neq; per actiones ordinantur, neq; omnino quidquã simile habẽt cũ priuatis judicijs, magnaq; diuersitas est eorũ in instituẽdo & exercendo. Inst. in princ. ff. tt. 1. l. 8.

5 *Quibus competat accusatio publica.*

De mulieribus. ff. tt. 2. l. 1. l. 2. l. 5. §. fi. l. 8. in prin. l. 13. C. tt. 1. l. 4. l. 5. l. 9. l. 12.
De pupillis. ff. tt. 2. l. 2. §. fi. l. 8. in prin.
De seruis. ff. tt. 2. l. 13. §. fin.
De pauperibus. ff. tt. 2. l. 10.
De militibus, & ijs qui stipendia merentur. ff. tt. 2. l. 8. l. 13. C. tt. 1. l. 8.
De magistratu & iis qui propter potestatẽ in ius euocari non possunt. ff. tt. 2. l. 8.
De infamib. calũnia notatis, dãnatisq; iudicio publico. ff. tt. 2. l. 4. l. 8. l. 13. C. tt. 1. l. 15.
De ijs, qui suspicione calumniæ tenentur, ut qui falsum testimonium subornati dixerunt. ff. tt. 2. l. 9.
De eo qui antea præuaricatus uel calumniatus est. ff. tt. 2. l. 4. li. 47. tt. 15. l. 5.
De eo q ob accusandũ uel non accusandũ pecuniã accepit. ff. tt. 2. l. 8. §. alij pp turpẽ.
De eo qui plures reos habet. ff. tt. 2. l. 12. §. lege Iulia. l. 8. l. 19. C. tt. 1. l. 16.
De eo qui cum bestiis depugnandi gratia in arenam missus est, quive rem ludicram siue lenocinium fecerit. ff. tt. 2. l. 4.
De familiaribus accusati. C. tt. 1. l. 20.
De seruo dominum accusante. ff. lib. 1. tt. 12. l. 1. §. quod autem dictum. C. tt. 1. l. 20.
De domino seruum accusante. ff. tt. 2. l. 5.
De liberis accusandi. ff. tt. 2. l. 8. §. fina. l. 11. §. liberi.
De patre accusandi. C. tt. 1. l. 14.
De fratre. C. tt. 1. l. 13. l. 18.
De libertis. ff. tt. 2. l. 8. §. fina. l. 11. §. liberti. C. tt. 1. l. 21.
De eo qui in domo accusandi à prima ætate fuit. C. tt. 1. l. 17.
De procuratore accusandi. ff. li. 49. tt. 14. l. 18. §. Item decreuerant.
De accusato, an accusatorem accusare possit. ff. tt. 1. l. 5. tt. 2. l. 21. C. tt. 1. l. 1. l. 19.
De eo qui eundem antea in alio crimine est calumniatus, eiusque filio. ff. tt. 2. l. 7. §. si tamen alio.
De eo qui semel destitit, uide ĩ. cap. prox. ex consequent.
Ab alio delatum alius deferre nõ potest. ff. tt. 2. l. 11. §. fin. C. tt. 2. l. 9.
De accusatore ex pluribus eligendo. ff. tt. 2. l. 16.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si accusare prohibitus, suam suorumque iniuriam prosequatur. ff. tt. 2. l. 11. in princ.

6 *Aduersus quos competat?*

Ne alii

Ne alij pro aliis plectantur. Nouell. c. 134. §. Cum uerò contigerit.
De hæredibus. ff. tt. 2. l. 20. tt. 19. l. 20.
De mandatore. C. tt. 2. l. 5.
De seruis. ff. tt. 2. l. 5. l. 12. §. si seruus. usque ad finem legis.
De reliquis uide j. cap. prox. memb. ex persona facti.

7 *Per quos competat?*

De non accusando per procuratorem. ff. tt. 1. l. 13. C. tt. 2. l. 15. nec per tutorem uel curatorem. C. tt. 1. l. 2. l. 5.
De non defendendo per procuratorem. ff. tt. 1. l. 13. C. tt. 2. l. 3.
Seruus per dominum defendi potest. ff. tt. 1. l. 11. C. tt. 2. l. 2. itē per alios. ff. tt. 19. l. 19.
Si serui per dominos non defendantur. ff. tt. 1. l. 9. tt. 19. l. 19.

8 *Vbi & apud quos competat?*

Ibi competit iudicium publicum, puniendusque est reus vbi deliquit. ff. tt. 2. l. 7. §. idem Imperator. usque ad finem legis. l. 22. tt. 3. l. 7. l. 11. lib. 49. tt. 16. l. 3. in prin. l. 4. §. reus. C. lib. 3. tt. 15. l. 1.
Item ubi inuenitur reus. C. lib. 3. tt. 15. l. 1.
Item ubi domicilium habet. C. lib. 3. tt. 13. l. 5. tt. 15. l. 2.
De stationariis & præside. C. tt. 2. l. 8.
De eo cuius ea de re pecuniaria cognitio est ff. tt. 1. l. 6. §. fin.
Milites ad eum sub quo militarunt remittuntur: is autem qui exercitum accepit, ius animaduertendi in milites caligatos habet. ff. tt. 3. l. 8. C. tt. 3. l. 1.
De reliquis vide j. cap. 15. membr. ex persona damnantis.
De cognitione pro tribunali, & de plano. ff. tt. 2. l. 6. tt. 18. l. 18. §. fi.

9 *Quando & quamdiu competant publica iudicia.*

Criminales causæ intra duos annos finiri debent. C. tt. 44. l. 3. lib. 3. tt. 1. l. 11. in prin. Nouell. c. 83. §. si tamen.
Pœna & euentus si non intra statutum tempus finiantur. C. tt. 44. l. 1. l. 2. l. 3. tt. 1. l. 7. ff. tt. 2. l. 18.
De dilationibus dandis. C. tt. 44. l. 2. l. 18.
De diebus feriatis. ff. tt. 1. l. 12.

10 *Adfinia remedia.*

De ciuilibus actionibus. C. tt. 31. ff. tt. 2. l. 15. li. 47. tt. 10. l. 7. §. at quin solemus.
Ea quæ per officium præsidibus denunciantur, & citra solennia accusationum possunt perpendi. C. tt. 2. l. 7.
De cognitione de plano, uide paulò superius.

CAVSAE EX QVIBVS COMPETUNT UEL NON COMPETUNT PUBLICA IUDICIA, & DE ABOLITIONIBUS. Cap. X.

Aut facta puniuntur, ut furta, cædesq; aut dicta, ut conuicia & inuidę aduocationes: aut scripta, ut falsa & famosi libelli: aut consiliis, ut coniurationes & latronum cō scientia, quosque alios suadendo sceleris est instar. ff. tt. 19. l. 16. in prin.
Cogitationis pœnam nemo patitur. ff. tt. 19. l. 18.
Si uoluit, sed nōn perfecit criminem. ff. tt. 8. l. 1. §. diuus. l. 7. in prin. l. 4. tt. 19. l. 16. §. euērus. li. 2. tt. 2. l. 1. § fi. C. tt. 1. l. 14. tt. 8. l. 5. in prin. tt. 16. l. 9.
De reliquis uide infra de publicis iudiciis in specie.
Sed hæc omnia distinguuntur ex causa, persona, loco, tempore, &c. ff. tt. 19. l. 16. §. 1.

Distinguuntur igitur.

1 *Ex persona facientis*, seu committentis crimen.

De minore ętate. ff. tt. 19. l. 16. §. persona. C. tt. 47. l. 7.
De seruo. ff. tt. 2. l. 12. §. si seruus.
De legato Imperatoris, pręside prouinciæ, legato prouinciali, magistratu populi Romani, & eo qui reipub. causa abest. ff. tt. 2. l. 12. in prin.

2 *Ex causa facti*. Delinquunt homines aut proposito, aut impetu, aut casu. ff. tt. 19. l. 11. §. delinquunt.

Si sine dolo malo fecit. ff. tt. 19. l. 38. qui abortionis.
Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque consideratur. ff. lib. 50. tt. 17. l. 79.
Si emendationis, non iniuriæ faciendæ causa factum sit, ut à magistro uel parentibus. ff. tt. 19. l. 16. §. Caussa.

Si man-

Si mandatu alterius fecit.C.tt.2.l.5.

Si seruus iussu domini fecit.ff.lib.50. tt.17. l.199.

Si per ebrietatem admisit. ff.tt.19. l.11. §. delinquūt. lib.49.tt.16.l.6.§.per uinum. C.lib.9.tt.7.l.1.

Si per temeritatem fecit.ff.li.48.tt.4.l.7.§. quamquam enim.

3 *Ex consequentibus.*

Si crimen propositum ad effectum non peruenerit, uide paulò superius uers.si uoluit, sed non perfecit.

Si reus conuentus mortuus sit. ff. tt.1.l.3.l. 6.tt.4.l.11.l.20.tt.17.l.1. §.fina.tt.19.l. 20.lib.49.tt.13.l.1.§.nullius autē.tt.14. l.9.C.tt.6.toto.lib.7.tt.66.l.2.l.3.

Si reus ante sententiam mortuus sit,uel accusatorem corrupit, uel sibi manus intulit,mortemq; sibi consciuit,uide infra.c. 15.membr.11.

Si reus alio eiusdem criminis reos nominauit,uel prodidit.C.tt.2.l.17.§.fin.

Si reus conspirationem sociorum detexerit. ff.tt.3.l.13.§.fin.

Si accusator instituta accusatione mortuus sit.ff.tt.1.l.13.in prin.tt.2.l.3.§.fin.l.19. tt.16.l.10.in prin. C.tt.6.l.5. in princ.

Si quid accusatorem impediat quo minus institutam accusationem impleat. ff.tt.2.l. 3.§.fi.l.11.§.fi.tt.16.l.10.in princ.

Si accusator ab instituta accusatione destitit. ff.tt.2.l.11.§.fin.tt.16.l.2. C. tt.1.l.6.tt. 45.l.3.l.4.l.6.

Si iudicium cœptum intra biennium non finiatur.ff.tt.2.l.18.C.tt.1.l.7. tt.44.l.3.

Si re in iudicium deducta transactum sit. C. tt.2.l.10.

Si semel actū sit, uel ab alio accusatus reus. ff.tt.1.l.4.tt.2.l.7. §. iisdem criminibus. l.11.§.fin.l.14.l.18.tt.19.l.41.lib.47.tt. 15.l.7.lib.43.tt.28.l.3.§.si tamen postea quam.C.tt.2.l.4.l.9.tt.31.

Si abolitio interuenerit.ff.tt.2.l.11.§.fina. l.12.§.Hoc autem beneficio. tt.16.l 4.§. fin.l.12.§.fin.l.16.l.18.§.fina.C.tt.42.l. 1.tt.45.l.3.

De reo post abolitionem intra triginta dies. repetendo.ff.tt.16.l.7.in prin.l.10.§.abolitione.usque ad finem legis.l.15.§. fina. C.tt.43.l.1.l.2.

¶ DE ABOLITIONIBVS. ff.tt.16.C.tt.41.

¶ I. *Causæ ex quibus datur abolitio criminis.*

Abolitio aut publicè fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem, uel ob rem prosperè gestam.ff.l.8.l.9.

Aut priuatim postulante accusatore, uel mortuo accusatore, uel alia ex causa impedito.ff.l.10.in prin.

An igitur postulante aduersario abolitio danda sit, distinguitur.

1 *Ex causa propter quam postulat.*

Si iusta causa abolitionis sit, utputa si dicat se errasse.ff.l.49.tt.14.l.15.in prin.

Si per errorem, temeritatem, uel calorem ad accusationē prosiluerit.C.l.2.in prin.

Si per deceptionem,uel pecuniis à reo corruptus petat. C.l.2.§.fin autem.

Si mandatorem sibi subtractum queratur. ff.lib.49.tt.14.l.22.§.fin.l.23.

2 *Ex causa in qua abolitionem postulat.*

De crimine læsę maiestatis, patria expugnata uel prodita, peculatus crimine admisso, aut Sacramentis desertis, &c. C.l.3. §. fina.

Hi qui suam suorumq; iniurias defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deduxerunt,abolitionem petere non prohibentur.C.l.2.§.fi.

3 *Ex antecedentib.* Si fallaciter accusauit. C.l.3.in prin. tt.46.l.9.ff.lib.49. tt.14.l. 15.in princ.

Si reus aliquid iniuria passus est: hoc est, si uel carceres sustinuerit, uel tormenta, uel uerbera,uel catenas. C. l.3.in princ.

Si testibus tormenta sint illata. C. l.3. §. Quod si ingenuorum.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si seruus sit accusatus.ff.l.16.

Inuito aduersario abolitionem accipere non potest. ff. l.18. in prin. §.1.C.l.3. in princ.

¶ II. *Qui abolitionem dare possint, & à quibus petenda.*

De Pręside,& cui pręses mandauit.ff.l.1.§. Abolitio.

De Principe & Iudice competente.C.l.2.in princ.

3 *Vbi danda abolitio?*

Pro tri-

Pro tribunali, non de plano petenda & tribuenda est.ff.l.1.§.Abolitio.

4 *Quibus præsentibus danda.*

Præsentibus partibus.C.l.2.in princ.

5 *Antecedentia.* Causæ cognitio. C.l.2. in prin.

QVID VENIAT IN PVBLICA iudicia:& de pœnis.ff.lib.48.tt.19. C.tt.47. Cap. XI.

¶ I. *Ratio pœnæ.*

Emendatio hominum.ff.l.20.

Pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet.ff.lib.46.tt.1.l.70.§.id quod uulgo. lib.9.tt.2.l.1.§.quod si quis absurdum.

2 *Differentia pœnæ,fraudis & mulctæ.* ff.li.50.tt.16.l.131.l.244.

3 *Diuisio pœnæ.*ff.l.6.§.fi.l.8.in prin.

4 *Species pœnarum.*ff.l.6.§.fin.

Species pœnæ capitalis. ff.l.2.in princ.l.11. §.fin.l.28.in prin.usque ad §.non omnes.

De pœna non capitali.ff.l.28.§.Deinde proxima.

De iis quæ uitam adimunt, & de ultimo supplicio.ff.l.8.§.uita adimitur.usque ad §.est pœna.l.21.

De iis quæ libertatem adimunt. ff.l.8. §.est pœna quæ.

De pœnis quæ corporis coerctionem continent.ff.l.7.

De pœna metalli & operis metalli. ff. l.8.§. est pœna.usque ad §.quisquis.§.seruos.l. 28.§.diuus Hadrianus.C.l.17.

De ministerio metalicorum & salinis.ff.l.8. §.in ministerium.

De calcaria & sulfuraria. ff.l.8. §. in calcariam.

De ludo uenatorio.ff.l.8.§.Quicunque.

De opere publico perpetuo. ff.l.34.in prin. C.l.1.

Vt curiæ addictus sit, uel alij corpori. C.l. 19.lib.10.tt.31.l.38.

Vt negocietur. ff.l.9.§.sed & damnari quis.

Vt de saxo præcipitetur.ff.l.25.§.fi.

De amputatione membrorũ, Nouel.c.134. § quia uerò usque ad §.ut autẽ non solũ.

De pœna in manib. facie & suris scribenda. C.l.17.

Quæstionis habendæ causa nemo est damnandus.ff.tt.18.l.21.

De carcere.ff.l.8.§.solent præsides.

De perpetuis uinculis.ff.l.35.C.l.6.l.10.

De exilio.ff.tt.22.l.5.

De relegatione.ff.tt.22.l.7.in prin.

De interdictione,relegatione,& deportatione in insulam.ff.22.l.6.in prin.l.7.§.Hæc est differentia.§.est quoddam.§.sicut autem.usque ad §.solet decurionibus.

De pœnis quæ alicuius actus prohibitionem continent. ff.l.9. in prin.usque ad §.Istæ ferè sunt.

Ne intra patriæ territorium uel muros morentur,ne patriam excedant, uel in uicis quibusdam morentur.ff.tt.22.l.7.§.solet præterea.

Ne de domo sua procedat.ff.tt.22.l.9.

Ne arte sua utatur.ff.l.43.in prin.

De aduocationis interdictione. ff.l.9. in principio.

De fori & aliorum interdictione.ff.l.6.non nunquam.

De honorum & munerum interdictione.ff. tt.22.l.7.§.item potest alicui.usque ad fi. legis.l.8.

De dignitatis depositione.ff.l.8.in princ.tt. 22.l.7.§.solet decur.

5 *Quæ pœna cuique irroganda.*

Non est in arbitrio iudicis, quam uelit pœnam irrogare.ff.tt.16.l.1.§.calumniator. uers.Nam ut Papinian.li.50.tt.16.l.131. §.Inter.l.244.

Quæ autem pœna cuique irroganda sit,considerandum est pro uarietate circumstantiarum.ff.l.9.§.sed enim sciendum.l.11. in prin.l.16.§.1.lib.47.tt.9.l.4.§.& omnino. Distinguitur ergo.

1 *Ex persona delinquentis.*

De iis q. ĩ dignitate sunt.ff.l.28.§.uenenarij

De decurionibus,eorumq́; parentibus & liberis.ff.l.9.§.istæ ferè sunt.usque ad §.fi. l.15.l.43.§.fi.tt.22.l.6.§.decuriones. C. l.3.l.9.l.12.tt.41.l.16.li.11.tt.13.l.2. li. 2.tt.11.l.5.

De militibus & paganis.ff.l.14.lib.49.tt.16. l.3.§.pœna.§.is qui ad hostes.

De ueteranis & liberis eorum. ff.lib.49.tt. 18.l.1.l.3.C.l.5.

De famosis & integræ famæ hominibus.ff. l.28.§.solent quidam.§.fin.

De in metallum damnatis. ff. l. 10. §. qui ex causa. l. 28. §. in exulibus.

De exulibus & aliis damnatis. ff. l. 28. §. in exulibus.

De pauperibus. ff. l. 1. §. fin. C. lib. 1. tt. 52. l. 6. §. fin. lib. 2. feudorum. tt. 53. §. qui uerò ad prædictam.

De liberis hominibus. ff. l. 28. §. non omnes. §. igni cremantur. §. fin. C. l. 6. l. 11.

De seruis. ff. l. 8. § seruos. l. 10. in prin. l. 16. §. persona. §. fin. l. 34. in prin. tt. 2. l. 12. §. si seruus. usque ad finem legis. C. l. 11.

De statu libero. ff. l. 9. §. fi. tt. 18. l. 14.

De eo cuius conditio tempore dictæ sententiæ est mutata. ff. l. 1. in prin.

De iis qui fustibus cædi prohibétur. ff. l. 28. §. & ut generaliter.

De fœminis. ff. l. 28. §. In ministerium.

De minoribus & maioribus ætate. ff. l. 16. §. persona.

De eo qui eius roboris & artificii est ut digne populo exhiberi possit. ff. l. 31. in pri.

2 *Ex persona eius in quem deliquit.*

Si in magistratum uel priuatum. ff. l. 16. §. persona.

Si ex metallo principis, uel moneta sacra furatus sit. ff. l. 38. in prin.

Si in dominum uel parentem deliquit. ff. l. 19. §. persona. l. 28. §. igni.

De furtis domesticis. ff. l. 11. §. furta domestica.

Si in patronum, patronive filium, patrem, propinquum, maritũ, uxorem, cęterasq; necessitudines. ff. l. 28. §. omnia.

Si in minorem uel maiorem ætate. ff. l. 16. §. persona.

Si nondum uiri potentes uirgines corrupit. ff. l. 38. §. qui nondum.

3 *Ex specie delicti uel criminis.* Quæ cuique crimini pœna competat, uide j. de publicis iudiciis in specie.

4 *Ex causa & modo delicti.*

Si consulto uel casu admisit. ff. l. 5. §. fin. l. 11. §. delinquunt. l. 28. §. incendiarii.

De reliquis, uide s̃. cap. prox. membr. ex causa facti.

5 *Ex reliquis contingentibus.*

Si causa leuior uel grauior sit. ff. l. 11. §. 1. l. 16. § qualitate.

Si res minor uel maior sit. ff. l. 16. §. quantitate. l. 28. §. incendiarij.

Locus etiam delicti auget, uel minuit pœnam. ff. l. 16. §. 1. § locus. §. euenit. l. 28. §. grassatores.

Tempus quoque. ff. l. 16. §. 1. §. tempus.

Si antea reus aliquoties in eodẽ delicto deprehensus est, tractatusq; clemẽtius. ff. l. 28. §. solent quidam.

Si propositum non habuit euentum, uide s̃. cap. prox. uers. si uoluit, sed non perfecit.

Nunquam crescit ex post facto præteriti delicti æstimatio. ff. lib. 50. tt. 17. l. 180.

Si nimium multis grassantibus exẽplo opus sit. ff. l. 16. §. fin. s̃. lib. 47. tt. 14. l. 1. in pri.

Si diutino tempore in reatu fuit, uel in recẽti sententiam excepit. ff. l. 25.

Si idem delictum diuersis legibus & pœnis coerceat. ff. tt. 2. l. 14. tt. 19. l. 41. C. tt. 2. l. 4.

Si alia pœna generali, alia speciali lege sit definita. ff. l. 41.

Interpretatione legum pœnæ molliendæ sunt, non exasperandæ. ff. l. 42.

Si extraordinarium crimen sit, sitq; in arbitrio iudicis quam uelit pœnam uel mulctam dicere. ff. l. 13. C. li. 1. tt. 52. l. 4. l. 6.

Distinguitur insuper ex persona iudicis pœnam irrogantis, de quo uide infrà cap. 14. in principio.

ACTVS IVDICIORVM publicorum. Cap. XII.

Actus iudiciorum publicorum uarii sunt, possuntq; non incommodè iuxta iudicii personas, hoc est, accusatoris, rei & iudicis diuidi, eoque ordine tractari.

¶ PRIMO ACTVS & officia accusatoris.

1 *De libelli inscriptione.*

Ratio & causa inscriptionis, si quis aliquem accusare uolet, inscribet in crimen, &c. ff. tt. 2. l. 7. in prin. C. tt. 1. l. 3. tt. 2. l. 16. l. 17. §. sed quisquis.

DISTINGVITVR.

Si suam suorumque iniuriam persequatur. C. tt. 1. l. 10. l. 12.

Quis inscribet, si accusator literas nesciat. ff. tt. 2. l. 3. §. item subscribere.

Quando inscribendum, antequam acciendus reus est. C. tt. 3. l. 2. §. ex longinquo. item, antequam

antequam quæstio habeatur. C.tt.2.l.13.

Reus accusatorem accusaturus, etiam pēdente accusatione inscribere potest. C.tt. 1.l.19.§.fin.

Modus & forma inscriptionis, & quæ designanda sint, uel inscribenda. ff.tt.2.l.3.in pri.§.sed etsi aliud.l.7.in pri. C.tt.2.l.16.

De subscribēdo.ff.tt.2.l.3.§.itē subscribere.

Euentus. Si libelli inscriptionum legitimè ordinati nō fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet.ff.tt.2.l.3.§.quod si libelli.

2 *Satisdabit accusator se permansurum usq; ad terminum litis.*

ff.tit.2.l.7.in prin.C.tt.j.l.3. & custodiæ similitudinē patietur.C.tt.2.l.17.in prin.

3 *De absentia, calumnia, præuaricatione, & tergiuersatione accusatoris.* uide j.cap. 14. lib.eod.

¶ SECUNDO ACTUS *& officia circa reum.*

¶ I. *De requirendis reis, & adnotandis.* ff.tt.17.C.tt.40.

Causæ ex quibus requirendi, & adnotandi. Si absentes sint & lateant. ff. l.j. C.l.j. in prin.Nouel.c.134.§. cæterū si quis eorū.

Modus requirendi, & de requirendo adnotando.ff.l.j.§. si autē grauius. C. tt.2.l. 6. Nouell.c.134. §.cæterum si quis.

Euentus. Si adnotatus non uenerit.

Nulla temporis præscriptione à causæ defensione submouetur.ff.l.4.§.fi.

Seueriori sententiæ postea subiugatur. C.l. 2.in prin.

De infamia non uenientis. C.l.3.

Si intra annum non uenerit, bona eius fisco uindicantur.ff.l.1.§.& ex hoc.§.fin. cum quatuor ll.sequen. C.l.1.l.2.tt.51.l.10.

Admittitur tamen excusatio absentiæ.ff.tt. 1.l.10.l.13.§.fin.

¶ II. *De reis non recipiendis, nec occultandis: & pœna, si contra fiat.* ff.lib.47.tt.14.l.3 §.fin.tt.6.C.tt.39.

¶ III. *De reis apprehendendis.*

Et si quis accepta pecunia eos quos apprehēdere potuit, dimisit.ff.li.47.tt.16.l.1.§.fi.

¶ IIII. *De custodia reorum.* ff.tt.3.

1 *Causæ ex quibus custodiendi uel non.*

Si defenditur reus, uel iudicio sisti satisdedit.ff.l.2.

Si fideiussores dare paratus sit.ff.l.3. C.lib. 12.tt.1.l.16.

Si de admisso nondum cōstiterit.C.tt.4.l.2.

Si confessus sit reus.ff.l.5.

Si absolutus sit, uel conuictus.C.tt.4.l.5.in prin.tt 47.l.23.

Si pœnam luit.C.tt.47.l.24.

2 *Qui custodire debeant, & quibus committenda custodia.*

De commentariensi & eius adiutore. C. tt. 4.l.4.

Tironi non est facilè committenda custodia. ff.l.14.in prin.

3 *Qua custodia custodiendi.*

De priuatis carceribus inhibendis.C.tt.5.

Aestimatio proconsulis est qua custodia custodiendus.ff.l.1.

De seruo reo in uincula publica coniiciēdo, si non defendatur.ff.l.2.in prin.

De muliere custodienda, & ne carceri includatur.C.lib.1.tt.46.l.1. Nouell.ca.154. §.necessarium autē.usque ad §. si quādo.

De non ligando reo in carcerem antequam conuincatur.C.tt.3.l.2.in prin.

De catenis.C.tt.4.l.1.§.interea.

De separandis maribus & fœminis in carcere.C.tt.4.l.3.

De excubiis.C.tt.47.l 20.

4 *Quando et quamdiu custodiendi in carcere.*

Custodia diebus paschalibus debet remitti. C.li.1.tt.4.l.3.

Custodia seruis reis diebus feriatis remitti non debet.ff.lib.48.tt.16.l.16.

De reliquis uide paulò superius causas ex quibus custodiendi.

5 *Officia custodum, & reliqua custodia iura.*

Commentariensis, ad quem custodia obseruatioque receptorum pertinet, intra trigesimum diem semper ingerat numerum personarum, uarietatem delictorum, clausorum ordinem, ætatemq; uinctorum. C. tt.4.l.5.

De curando à iudice, ne carcerat inhumanius tractentur.C.lib.1.tt.4.l.10.

De uicto & strato in carcerem inferendo, & pœna inferre prohibētis.ff.li.42.tt.1.l.34.

De nō ad infima carceris dimittēdo, sed sub leuādo reo ad lucē. C.tt.4.l.1.§.interea.

Si custodiam sine uinculis agere patitur,

Quid & quomodo quærendum. ff. l. 1. §. qui quæstionem.

Quanta tormenta adhibenda sunt. ff. l. 7. l. 10. §. tormenta.

¶ *VIII. De repetenda quæstione.*

ff. l. 16. in prin. l. 18. §. 1.

¶ *IX. Euentu torturæ, & quatenus quæstioni fides habenda.*

De mancipiis tortis mortuis uel superstitibus, absoluto uel damnato reo. ff. l. 6. li. 3. tt. 6. §. fin. C. tt. 46. l. 6.

An quæstioni fides habenda sit. ff. l. 1. in pri. §. quæstioni. l. 8. in prin. uers. quas & efficacissimas.

DISTINGVITVR.

Si alia desint argumenta, uide §. ab initio huius capitis, uers. si nullis aliis, &c.

Si is qui confessus est, inimicus sit ei contra quem est confessus. ff. l. 1. §. præterea.

Si ab eo proditus est, uel traditus, uel custoditus. ff. l. 1. §. Cum quis latrones. C. l. 4.

De reliquis huiusmodi distinctionibus, uide etiam supra memb. qui torquendi.

Plurimum etiam in excutienda ueritate affert uox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia. &c. ff. l. 10. §. plurimum.

EVENTVS ET CONSEQVENTIA publicorum iudiciorum, reo absoluto. Cap. XIIII.

Euentus & consequentia publicorum iudiciorum alia sunt reo absoluto, alia reo damnato, alia denique reo restituto & à pœna liberato: de quibus singulis ordine tractabitur. Reo igitur absoluto accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subijcitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. ff. tt. 16. l. 1. in prin.

¶ PRIMO DE CALVMNIA *accusatorum, eiusq; pœna.*

ff. tt. 16. C. tt. 46.

1 *Caussæ ex quibus huiusmodi pœna irrogatur.*

Si accusator calumniatus sit. Est autem calũniati, falsa crimina intendere ff. l. 1. §. 1.

Si non probat quod intendit. ff. l. 1. §. calumniatoribus. C. l. 3. tt. 12. l. 7. in prin.

Si temere accusauit. ff. l. 1. §. quæri potest.

Si ob negocium faciendum, uel non faciendum, pecuniam acceperit. ff. lib. 3. tt. fina.

Si in fraudem alicuius librum, uel testimonium, aliudve quid conquisisse, uel conscripsisse, uel in iudicium protulisse dicitur. ff. l. 6. §. fin.

DISTINCTIONES GENERALES.

Ex causa in qua calumniatus est.

Si in priuatis & extraordinariis criminibus. ff. l. 3. C. l. 5.

Si patris mortem uindicat. C. l. 4.

Si liberorum mortem uindicat. ff. tt. 1. l. 14.

Si mater necem filii uindicat. C. l. 2.

Si tutor vel curator instrumenta in causa cõtra pupillum producta falsa dicat. C. tt. 1. l. 2.

Si hære suspicionem, quam de morte sua defunctus habuisse cauit, exequitur. C. l. 2.

Ex causa ex qua, & modo quo accusat.

Si alieno nomine accusat, & mandato alterius. C. l. 2. §. sed & l. 8. in princi. tt. 1. l. 2. §. final.

Si per errorem accusauit. ff. l. 1. §. calumniatoribus.

Si temerè accusauit. ff. l. 1. §. quæri potest.

Ex consequentibus. Si abolitio interuenerit, uel petita sit. ff. li. 49. tt. 14. l. 15. in princ. C. l. 9.

Si de causa iudicatum sit. C. l. 1.

Si ita iudex in absoluendo reo pronunciauit: Non probasti, aut ita calumniatus es. ff. l. 1. §. calumniatoribus. aut ita temere uidetur accusasse. ff. l. 1. §. quæri potest.

2 *Quibus irroganda pœna. De mandatore.* ff. lib. 49. tt. 14. l. 24.

3 *Quando irroganda.* Postquam de causa iudicatũ est. ff. l. 1. §. Sed non utiq;. C. l. 1.

4 *Antecedentia.* De inquirendo an calumniatus sit, & de arbitrio iudicis. ff. l. 1. §. sed non utique.

5 *Qua lege irrogatur.* Lege Rhemia. ff. l. 1. §. calumniatoribus.

6 *Quæ pœna irroganda?*

Extra ordinem punitur calumniator. ff. l. 3.

Simile supplicium patitur, quod contigisset reo dãnato. C. l. 7. l. 10. tt. 2. l. 17. in prin. tt. 12. l. 7. in prin.

De infamiæ supplicio. C. l. 8.

De duplo domino præstando, propter seruũ per calumniam accusatoris tortum. C. l. 6. ff. lib. 3. tt. 6. l. 9.

De pœna

De pœna legis Corneliæ de falsis.ff.lib.47.tt.13.l.2.ff.li.47.tt.15.

¶ SECVNDO DE PRAEuaricatoribus.

1 *Diuisio huius iudicij.*

In publicum & moribus inductum. ff.l.3 in princ.

2 *Causæ ex quibus datur.*

Si accusator præuaricatus sit. Est autem præuaricari, uera crimina abscondere.ff.li.3.tt.2.l.4.§.item præuaricator. li.48.tt.16.l.1.§.1.Allusio nominis.ff.lib.1.lib.3.tt.2.l.4.§.item prǫuaricator.

Si colludit cum reo,& translaticè accusandi munere fungitur,eo quòd proprietas quidem probationes dissimulat, falsas uerò rei excusationes admittit. ff.li.1.in prin. li.48.tt.16.l.1.§.præuaricatorem.

DISTINGVITVR.

Si in causa priuata prǫuaricatur. l.1.§. is autem.

Si is præuaricatur, de cuius calumnia agi prohibetur.l.4.

Si aduocatus præuaricatus sit.l.1.§. cæterũ aduocatus.l 3.§ quod si aduocato.

3 *Quid ueniat in hoc iudicium?*

Pœna extraordinaria est.l.2.

Ea pœna tenetur, qua reus, si condemnatus fuisset, teneretur.l.6.

4 *Euentus.*

De infamia accusatoris, si prǫuaricationem non probauerit.C.li.2.tt.7.l.1.

De præuaricatione conuictus, fit infamis. l.4.nec postea ex lege accusat.l.5.

Reo cõuicto de causa principali denuo quǫritur.C.lib.2.tt.7.l.1.

¶ POSTREMO DE TERGIuersatione accusatoris.

ff.tt.16.C.tt.45.

¶ I. *Publicum iudicium non est.*

ff.lib.47.tt.15 l 3.§ fin.]

¶ II. *Causæ ex quibus datur.*

Si accusator tergiuersatus sit. Est autem tergiuersari,in uniuersum ab accusatione desistere.ff.l.1.§. 1.§ si quis autem.li.49.tt.14.l.22.§.fin.Desistere autem est,de negocio,quod calumniandi animo instituerat,abstinere.ff.li.5.tt.1.l.10.

Si cum aduersario suo de compositione criminis fuerit locutus ff.l.6.in prin.

Si non peregerit reos.ff.l.15.in prin.

Si affectum & animum accusandi deposuit, non si distulit.ff.l.6.§.animo.l.13.C.l.6. ff.lib.5.tt.1.l.10.

Si intra præfinitum à Præside tempus accusationem non peregerit.ff.l.6.§.destitisse. C.tt.44.l.1.l.2.

Si absens sit.ff.tt.19.l.5.§. in accusatorem. C.tt.1.l.3. tt.43.l.1. admittitur tamen iusta absentiæ excusatio.ff.tt.1.l.10.l.13.§.final.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex causa pp quam destitit,et antecedentibus.*

Si cognita rei ueritate negocium deseruit, nolens in improba lite perseuerare.ff.lib.5.tt.1.l.10.

Si permissu imperatoris destitit.ff.l.13.

Si abolitio prǫcessit,uel interuenit.ff.l.1.§. si quis autem.§.si plura.§.atqui idẽ aliàs. l.10.§.abolitione, usque ad finem legis. l.12.l.15.§.fin.l.17.tt.5.l.39.§.duos. uide insuper supra de abolitione.

Si uariis Prǫsidum occupationibus, uel etiã ciuilium officiorum necessitatibus districti,accusationem anno, uel biennio finire non potuerunt. ff.l.15.§. qui post inscriptionem.

Si reus mortuus sit. ff.l.15.§. si propter. C. tt.6.l.2.

Si pupillus,cuius nomine accusationem instituerat,mortuus sit.ff.l.14.

2 *Ex causa & accusatione à qua destitit.*

Si ab accusatione inutili à qua exceptione submoueri poterat.ff.l.1.§.si accusationẽ.usque ad §.suspecti.l.4.in prin.l.11.

Si à causa priuata destitit.C.l.1.

Si à suspecti tutoris accusatione.ff.l.1.§. suspecti.

Si à iudicio extraordinario.ff l.15.§.an ad eos.

Si à iudicio stellionatus,expilatæ hæreditatis,furti & iniuriarum.ff.l.7.§.fin.

Si ab eo quod dixerit aliquem in.S.C.Turpillianum incidisse.ff.l.1.§. item si dicat aliquis.

3 *Ex persona desistentis.*

De nunciatore qui per notoria indicia prodit.ff.l.6.§ nunciatores.

De muliere.ff.l.1.§. at quin Papinianus.§. meritò igitur dicendũ.l.4.in prin. C.l.5.

De minore. ff. l.j.§. meritò igitur dicendũ.
De hærede accusatoris. ff. tt.2. l.19.
4 *Ex tempore quo destitit.*
Si antequam detulerit crimen, & causam ordinauerit. C. l.j.
Si libello principi dato, in quo minatus est se crimen obiecturum. ff. l.5.
Si procuratione interposita destitit. ff. l.1. §. fin.
De reliquis, uide paulò superius ex causa propter quam, &c.
5 *Ex consequentibus.* Si postea rursus accusare paratus sit. ff. l.15. §. si propter.
Si reus postea defunctus sit. ff. l.15.§.si propter. C.tt. 6.l.2.
Si fideiussor conuentus sit. C.l.2.
6 *Ex reliquis contingentibus.*
Si de calumnia eius qui destitit queri non potuisset. ff. l.15.§.eos de.

¶ *III. Aduersus quos competat?*

De eo qui accusatorem submisit, aut instigauit, aut mandauit & instruxit: & de ipso accusatore submisso.ff.l.1.§. incidit in hoc l.15. in prin.tt. 19.l.34.§. fin.li.49. tt.14.l.22.§. fin. l.24.
De fideiussore accusatoris. C.l.2.

¶ *IIII. Apud quem competat?*

Præsidis super ea re notio est.ff.l.1.§.item si dicat.

¶ *V. Quid ueniat in hoc iudicium.*

De quarta bonorum parte. C.tt.44. l.1.
De quinq; libris auri.ff.li.47.tt.15.l.13.§.fi.
De exilio. C.tt.44.l.2.

¶ *VI. Euentus.*

Dãnatus fit infamis. C. l.2.tt.44.l.1.§. fin.
Item amplius agere uel accusare prohibetur. ff.l.2.C.l.3.l.4. l.6.

EVENTVS REO DAMNATO. Cap. XV.

¶ *I. De sententia exequenda, & puniendo.*

¶ *I. An exequenda sententia, & damnatus puniendus?*

DISTINGVITVR.

1 *Ex persona damnantis, & pœnã irrogãtis.*
Si is damnauit, cui damnandi, & pœnæ irrogandæ ius non est.ff.tt.19. l.2.§.fin.
Quibus igitur ius damnandi, & pœnæ irrogandæ competat, sciendum est.
Ius deportandi quibus competat.ff. tt.19.l. 2. §. constat. tt. 22. l. 6. in princ. l.7. in prin. §. sicut autem.
Ius in metallum damnandi quibus competat.ff.tt.19 l.8. §. præfecto.
Ius in exilium mittendi. C.tt.47.l.2.
Ius confiscandi. C. tt.48.l.1.
Ius mulctæ dicendæ.ff. lib.5.tt. 1.l.2.§. fin. lib.50.tt.16.l.131.§. fin. C.li.1.tt.52.l. 2.l.3.l.4. l.6. in prin.
Si decuriones uel principales quid capitale admiserint, imperatori scribendum, ff. tt.19.l.27.§. de decurionibus, usque ad finem legis.
Vtrum proconsul suos uel legati sui comites punire possit. ff.tt. 19. l.6.§. si quos comitum.
De reliquis uide supra c.9. membr.8.
2 *Ex consequentibus.*
Si prouocatum sit. ff.tt.19.l.2.§. cum accipimus.lib.50.tt.16. l.244.C.li.1.tt4.l.7. §. fin.
Si sententia sit mutata uel rescissa ff. tt. 19. l.27.in prin. l. 31.§.fin.C.tt.47.l.15.
Si postea probationum instrumenta reperta sint. ff. tt. 19.l.27. in prin.
Si tempus illud quod exilio destinatũ erat, in carcere uel custodia impleuerit C.tt. 47.l.23.
Si tempus pœnę præfinitum impletum sit. C.tt.47.l.23. l.24.
Si damnatus ad pœnam sustinendam inutilis sit factus. ff.tt. 19.l 22.
Si pœna remissa sit, uide j̃. c. 18.
3 *Ex reliquis contingentibus distinctionis.* uide s̃. c.12.in fin.

¶ *II. Quali & quãta pœna sit puniẽdus.*

Si iudex ita pronunciauit: Vim fecisti. ff.tt. 19. l.32.
Vel ita: Calumniatus es ff.tt. 16. l.1.§. calumniatoribus. uers. Nam siquidem.
Vel sine temporis præfinitione in uinculis esse iusserit. C. tt.47.l.10.

¶ *III. Vbi puniendus?*

Latrones ibi furca figendi sunt, ubi sunt grassati.ff.tt. 19. l.28.§. famosos.
De reliquis uide s̃. c.9. membr. 8.

¶ *IIII. Quando puniendus.*

De pœna differenda, si mulier damnata prægnans

pręgnans sit.ff.tt.19.l.3.

Si seruus damnatus domino rationes redde re debet, ac disponere. C.tt.49.l.1.

Si damnatus dicat se habere aliquid quod principi referat. ff.tt.19.l.6.in prin.

¶ II. *Reliqui euentus reo damnato.*

Damnatus amittit ciuitatem. ff.tt.19.l.2.§. constat postquam l.6.§.fin.l.29.tt.22.l.9.in prin.l.7.§.siue ad tempus.

Quidam extorres ciuitate fiunt, & hi quæ iuris ciuilis sunt non habent: quę uero iuris gentium sunt habetur. ff.tt.19.l.17.

Amittit libertatem damnatus. ff.tt.19.l.6. §.fin.l.28.§.diuus Hadrianus.l.29.

Seruus pœnæ efficitur. ff.tt.19.l.8.§.in ministeriū.§.quicūq;.§.seruos l.12.l.17.l.36.

Filius matris damnatæ utrum liber an seruus nascatur. ff.tt.19.l.29.§. diuus Hadrianus.tt.23.l.4.C.tt.47.l.4.

Patria potestas soluitur. ff.tt.22.l.4. C.tt.51.l.6.

Domini potestas amittitur. ff.tt.19.l.8.C.tt.47.l.13.

Matrimonium an soluatur. ff.tt.20.l.5.§. quòd si deportata.

Statua damnati detrahenda. ff.tt.19.l.24.

Ea quæ illis testamento relicta sunt, pro nō scriptis habentur. ff.tt.19.l.7.l.33.

Deportatus manumittere non potest. ff.tt.22.l.2.

Relegatus ius testamenti faciendi retinet. ff.tt.2.l.7.§.siue ad tempus.

De liberis damnatorum. ff.tt.22.l.3.

De cadaueribus punitorum sepeliendis. ff.tt.24.

Relegati & deportati interdictis locis abstineant, exilioq; exules obtemperent. ff.tt.19.l.4.l.28.§ in exulib.tt.22.l.7.§.cōstitutum est. Pœna si refugiunt. ff.tt.19.l.8.§.inter eos qui.usque ad §. in ministerium.l.28.§.in exulibus.

DE PVBLICATIONE BONORUM. ff.tt.20.C.tt.49. Cap. XVI.

¶ I. *De publicatione bonorum damnati.*

1 *Causæ ex quibus bona publicanda.*

Si damnatus sit. ff.l.1.in prin.

Mutatur hoc ius Nouell.c.17.§. oportet autem.c.134.§.fin.

DISTINGVITVR sequentibus modis.

Si plures liberos damnatus habeat. ff.l.7.§. si plures liberos. l.9.§. quod uerò. C.l.10.in prin.

Si descendentes, ascendentes, uel uxor damnati supersint. Nouell.c.134.§.fin.

Si seruus, uel filiusfamiliās damnatus sit. C.l.1.l.3.

Si decurio sit dānatus. C.l.10.§. decurioni.

Tali pœna damnatus esse debet quæ aut uitam, aut ciuitatem, aut libertaté adimat. ff.l.1.in prin.C.l.10.in prin.

Si deportatus sit. C.l.10.in prin.tt.47.l.8.ff.lib.50.tt.17.l.97.

Si relegatus sit. C.tt.47.l.8.ff.tt.22.l.1.l.3.l.4.l.7.§.ad tempus.

Si in perpetuum exilium sit relegatus. ff.tt.22.l.4.li.49.tt.14.l.39.in prin.

Si in metallum datus sit. C.l.4. ff.li.49.tt.14.l.12.

Si pœna remissa sit. uide j.cap.18.

2 *Antecedentia.*

De iussu Imperatoris. C.tt.48.

De indagine bonorum celebranda, & bonis officio tradendis. C.l.7.

3 *Quibus publicanda, & inter quos?*

Spolia fisco nō debentur. ff.l.6.§.fi.sed officialibus, militibus, legatis barbarorū, &c. danda sunt. ff.l.6.§.pannicularia. Sunt autem spolia, quibus quis indutus est cum ducitur ad supplicium. ff.l.6.§. pannicularia.

Pannicularia spiculatoribus & optionibus debentur. ff.l.6.§.pannicularia. Quid sint pannicularia. ff.l.6.in princi. §. pannicularia.

4 *Quid & quantum publicandum.*

De parte liberis damnati concedenda. ff.l.1. §.etiam hi.usque ad fi. legis.l.7.in princ. §.ex bonis.usque ad finem legis. C.l.6.l.8.l.10.

De parte patrono concedenda. ff.l.7.§ si libertinum

De dote uxore damnata, an marito cedat. ff.l.3.l.4 l.5.an patri damnatæ dos cedat. ff.l.5.§.quòd si deportata.

De rebus uxoris damnati, de dote, antenuptiali donatione, aliisque à damnato uxori

uxori donatis ei seruandis. C.l.9. in prin. §. sed in iis. Nouell. c. 134. §. fin.

De eo solo fisco uindicando, quod in dominio proprio habuit, cum obligari cœpit: item de eo quod agens tã suo, quàm alieno nomine cõparauit. C.l.9. §. sed in iis.

De iis quę post pœnam irrogatam adquirit. C.l.2.

De eo quod ante reatum in filios cõtulit. ff. l.9. §. si quid etiam. usque ad finem legis.

Ea sola deportationis sententia aufert, quę ad fiscũ perueniunt. ff. lib. 50. tt. 17. l. 97.

5 *Euentus publicationis.*

Dote publicata maritus actiones aduersus fiscum saluas habet. ff. l.4.

Tutoris bonis publicatis, pupillus actiones aduersus fiscum saluas habet. C.l.5.

¶ II. De publicatione bonorum non damnati.

ff. tt. 21. C. tt. 50.

Sed & damnati bona interdum publicantur iure antiquo, scilicet si reus accusatorem corrupit. ff. l. 1. l. 2. in prin. lib. 49. tt. 14. l. 29. in prin.

Si in carcerem ductus sit. ff. tt. 20. l. 2.

Si ante sententiam in reatu mortuus sit. ff. l. 2. §. si is de cuius. l. 3. §. si qui autem. C. l. 2. lib. 10. tt. 1. l. 10. ff. lib. 48. tt. 2. l. 20. tt. 4. l. 11. lib. 49. tt. 14. l. 1. in princ. uers. uel eum decessisse. l. 45. §. 1.

Si pendente appellatione rea mortua sit. ff. lib. 49. tt. 14. l. 9.

Si reus manus sibi intulit, nec perpetrauit. ff. l. 3. §. sic autem.

SI MORTEM SIBI IPSI *consciuit reus.*

ff. lib. 49. tt. 14. l. 45. §. eius bona.

DISTINGVITVR.

1 *Ex causa propter quam mortẽ sibi cõsciuit.*

Interest qua ex causa quis sibi mortem consciuerit. ff. l. 3. §. sic autem.

Si metu criminis imminentis. ff. l. 3. in prin. C. l. 1. l. 2. ff. lib. 49. tt. 14. l. 45. §. eius bona.

Si tędio uitę, impatientia doloris, uel alio modo finierit uitam. ff. l. 3. §. si quis autẽ. §. sic autem. C. l. 1. tt. 12. l. 2. li. 49. tt. 14. l. 45. §. eius bona.

Si pater, quòd filium suum occiderit, manus sibi intulit. ff. l. 3. §. uideri.

2 *Ex antecedentibus, & specie criminis ob quod sibi mortem consciuit.*

Non prius bona confiscanda sunt, quàm cõstiterit cujus criminis gratia manus sibi intulerit. ff. li. 49. tt. 14. l. 45. §. eius bona.

Si antea nec postulatus fuit, nec in scelere deprehensus. ff. l. 3. in prin. C. l. 1.

Si eius criminis reus postolatus fuit, propter quod damnatus neque morte, neque deportatione esset afficiendus. ff. l. 3. in prin. neq; ipse conuictus bonis careret. ff. l. 3. §. idem respondit.

Si furti reus fuit. ff. l. 3. §. idem respondit.

3 *Ex consequentibus.* Si hęredes parati sint, defunctum innocentem ostendere. ff. l. 2. in prin. l. 3. §. fi.

DE INFAMIA.

ff. li. 3. tt. 2. C. li. 2. tt. 11.

Cap. XVII.

¶ I. Causæ ex quibus notantur infamia.

Si iudicio publico damnatus sit. ff. lib. 48. tt. 1. l. 7.

Si ex l. Iulia de adulteriis fuerit damnatus. ff. l. 2. §. miles.

Si in iudicio publico calumniatus, uel pręuaricatus sit. ff. l. 1. §. qui in iudicio. l. 4. §. calumniator. usque ad §. fin.

Si priuato iudicio condemnatus sit. ff. li. 48. tt. 1. l. 7.

Si furti, ui bonorum raptorum iniuriarum, de dolo malo & fraude condemnatus sit. ff. l. 1. §. qui furti. l. 4. §. fi. l. 5. l. 6. in princ. lib. 48. tt. 1. l. 7. C. l. 5. l. 8. l. 10. Inst. lib. 4. tt. 16. §. ex quibusdam.

Si expilatæ hęreditatis iudicio damnatus sit. C. l. 12.

Si ex crimine stellionatus sit condemnatus. ff. l. 13. §. fin.

Si ex delicto militari ueteranus sit condemnatus. C. li. 12. tt. 36. l. 7.

Si pro socio tutelæ, mandáti, depositi iudicio condemnatus sit. ff. l. 1. §. qui pro socio. l. 7. §. mandati. usque ad fin. legis. C. l. 22. Inst. lib. 4. tt. 16. §. ex quibusdam.

Si pactus sit ne secum ageretur. ff. l. 1. §. qui furti. l. 4. §. fin. l. 5. l. 6. §. pactusve inquit. §. qui iussu. l. 7. C. l. 18. Inst. lib. 4. tt. 16. §. ex quibusdam.

Si pre-

Si precibus impetrauit, ne secum ageretur. ff.l.6.§.pactusve.

Si iureiurando delato iurauit se non deliquisse.ff.l.6.§.qui iussu. C.l.18.§.fin.

Si ignominię causa ab exercitu dimissus sit. ff.l.1. in princi. l.2.in princi. usque ad §. miles.

Si miles exauthoratus fuerit, hoc est, arma illi sint detracta.ff.l.2.§. sed etsi eum.

Si artis ludicrę, pronũciandive, uel quęstus causa in scenam prodierit.ff,l. 1. §.1. l.2. §.ait prætor.usque ad fin/legis.l.3.l.4.in prin.usque ad §.ait pretor.C.l.21.

Si lenocinium fecerit.ff.l.1.§.qui lenociniũ. l.4.§.ait prætor.usque ad §.calumniator.

Si mulier mortuo marito intra id tẽpus quo uirum elugere moris est, nuptias iterauerit, uel pater eam matrimonio collocauerit, uel quis eam duxerit, filiumve suum eã ducere passus est.ff.l.1.§.qui eam quæ l.8.cum quatuor ll.sequen.l.13.in princ. l.25.C.l.15.

Si parentes, liberos, reliquosq́ue cognatos mortuos non eluxerit.ff.l.11. in princi.l. 23.l.25.

Si bina sponsalia, binasve nuptias eodem tempore habuerit, uel filium filiamve habere passus sit.ff.l.1.§.fin.l.13.§.1.usque ad §.ex compromisso.

Si per calumniam uentris nomine in possessionem mulier missa est, uel pater eã mitti passus est.ff.l.15.cum quatuor ll.sequẽtibus.

Si contra patrem, pro qua testimonium quis dixit pronunciatum sit, an testis fiat infamis.ff.l.21.

Si plus debito tributorum nomine exegit, & ideo in duplum condemnatus est. C. l.2.

Si bonis paternis se abstinuit.C.l.7.

Si bonis cessit.C.l.11.

Si pater testamẽto filios increpauit.C.l.13.

Si improbum fœnus exercet, & usuras usurarum exigit.C.l.20.

Si corpore quæstum facit mulier.ff.l.24.

Si ictus fustiũ sustinuit.ff.l. 22.C.l.14.l.16.

Si in carcerem uel in uincula coniectus sit. C.l.1.

Si ad tempus in opus publicum datus sit. C.l.6.

DISTINCTIONES GENERALES *eius si in famoso iudicio sit condẽnatus.*

Si condemnatus appellauit.ff.l.6.§.1.

Si alieno nomine condemnatus est. ff.l.6.§. si quis alieno.

Si publica patriæ negocia gessit.C.l.9.

Si hęres defuncti nomine sit condemnatus. ff.l.6.§.si quis alieno.l.14.

Si causa ab initio per procuratorem agitata est.ff.l.6.§.si quis alieno.

Si arbiter compromissarius condemnauit.ff. l.3.§.ex compromisso.

Si non causa cognita pronunciatum est, sed extrinsecus quid elocutus est iudex.ff.l. 13.§.quantum ad infamiam.C.l.17.l.19.

Si pœna in sententia non sit adiecta.C.l.12.

Si ita dixit iudex, callido commento uideris accusationis instigator fuisse. ff.l.20.

Si admonuit iudex, ut ad melioris uitę frugem se reformaret.C.l.19.

Si pœna grauior quàm lex statuit imposita est.ff.l.13.§.pœna.usque ad §.fin. C. l.4. ff.lib.48.tt.19.l.10.§.fin.

Si minor pœna imposita sit.C.l.3.l.4.

2 *Qui notantur infamia.*

De filiis notati. ff.lib.48. tt.19.l.26.lib.50. tt.2.l.2.§.nullum.

De propinquis, notis, familiaribus & adfinibus.C.lib.9.tt.47.l.22.

De reliquis, uide paulò superius uers. si mulier mortuo.ff.consequent.

3 *Quamdiu notentur infamia.*

Tempore pęnæ finito, finitur infamia. C.l. 3.l.4.l.6.lib.10.tt.59 l.1.l.2.ff.lib.48.tt. 10.l.13.§.1.

DE POENAE REMISSIONE.

item euentus reo restituto, pœnaq́; liberato. ff.tt.23. C.tt.51.

Cap. XVIII.

¶ *I. Caussa ex quibus pœna remittenda.*

Non facilè pœna est remittenda. C.tt.47. l.14.

Si in metallum damnati, operi faciendo inutiles redditi sunt.ff.tt.19.l.22.

Si tempus pœnę finitum sit. C.tt.47.l.23.l. 24.ff.tt.10.l.13.§.1.

¶ *II. A quibus remittenda?*

Solus Imperator pœnam remittendi & liberandi

berandi ius habet, non prǽsides.ff.tt.19. l.4.§.final. l.9.§.istæ fere.l.31.tt.18.l.1. §.final.

¶ III. Euentus pœna remissa, & reo restituto.

Quæ restituantur.

Restituere est, honoribus, ordini & omnib. cæteris restituere.C.l.1.l.13.§.fina.

De domini potestate, an seruus restitutus in domini potestatem reuertatur? Non.ff.tt. 18.l.1.§.fin.tt.19.l.8.§.fin.l.10. in prin. l.28.§.serui cæsi. l 34.in prin.C..tt.47.l. 10.l. 13.tt.51.l.8.

De patria potestate.C.l.6.l.9.l.13.

De iure patronatus.ff.l.7.

De administratione tutelæ finita patre reuerso.C.l.13.§.quibus si.

De infamia abolenda.C.tt.43.l.3.tt.51.l.7. l.10.

De locis militię ademptis.C.l.7.

Filio nato ex matre in metallum damnata & restituta, iura cognationis restituuntur. ff.l.4.

De bonis publicatis.ff.l.2.C.l.2.l.13.§.fin. tt.49.l.4.

De actionibus inferendis. C.l.5.l.11.ff.lib. 50.tt.16.l.21.

De actionibus excipiendis.ff.l.2.l.3.C.l.3. l.4.l.12.ff.lib.50.tt.16.l.21.

DE CRIMINE LAESAE Maiestatis. ff. tt.4. C. tt. 8. Cap. XIX.

Hactenus de publicis iudicijs in genere, sequitur nunc de iis in specie: & primùm de publico iudicio læsæ maiestatis.

¶ I. Causæ ex quibus hoc iudicium competit.

Ex crimine maiestatis, quod sacrilegio proximum est.ff.l.1.in prin.

Si aduersus populum Romanum, uel aduersus securitatem eius quid commissum sit. ff.l.1.§.maiestatis.l.3.§.1.

Si cuius opera dolo malo factum sit, quo armati homines cum telis, lapidibusve in Vrbe sint, conueniantve aduersus rempu. locave occupent, uel templa, quove cœtus conuentusve sint, hominesve ad seditionem conuocentur. ff.l.1. uers. quò armati.C.tt.30.

Si milites sollicitauerit, concitaueritve, quo seditio, tumultusve aduersus rempu. fiat. ff.l.1.§.fin.

Si cum militibus, uel priuatis scelestã inierit factionem, uel etiam cum barbaris, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, uel dederit.C.l.5.in princ.

Si cuius opera factum sit, quo quis contra rempub. arma ferat, uel faciat.ff.l.1.uers. quo ve quis contra l.4.in prin.

Si quis in mari piscari uel nauigare, in campo publico ludere, in publico balneo lauare, &c. prohibeatur. ff. li. 43. tt. 8. l. 2. §. si quis in mari. lib. 47. tt. 10. l. 13. §. si quis me. l. 14.

De statuis & imaginibus in publico ponendia. ff. lib. 43. tt. 9. l. 2.

De cloaca publica ne quid in eam fiat immittaturùe. ff. lib. 43. tt. 22. l. 1. §. penult. & ult.

Via publica nemo rectè uti prohibetur. ff. li. 43. tt 8. l. 2. §. fi. C. lib. 3. tt. 34. l. 11. §. fin.

De aqua per uiam publicam ducenda. ff. lib. 8. tt. 1. l. 14. §. publico. li. 39. tt. 3. l. 18. §. fi.

De uia publica aperienda, reficienda, & purganda. ff. lib. 43. tt. 10. l. 1. l. 4. §. construat. lib. 39. tt. 2. l. 31. in prin. l. 41.

De nihil in uiam publicam proijciendo, nec ponendo. ff. lib. 43. tt. 10. l. 4. §. studeant.

Ne quid in eum locum quo uulgò iter fit, deijciatur, uel effundatur, nec id supra eum locum ponatur, cuius casus alicui nocere possit. ff. lib. 9. tt. 3.

De uia publica non exaranda. ff. lib. 43. tt. 10. l. 3. §. fin.

De uia publica in agrum uicini non reijcienda. ff. lib. 43. tt. 10. l. 3. in prin.

¶ *De interdicto ne quid in loco publico fiat.*

ff. lib. 43. tt. 8.

¶ 1 *Ratio huius interdicti.*

l. 2. §. 1.

¶ 2 *Genus.*

Prohibitorium est interdictum. l. 2. §. 1. §. si quis nemine.

¶ 3 *Causa ex qua datur.*

Si quid in loco publico fiat, immittaturùe, quo alicui damnum datur. l. 2. in prin. li. 39. tt. 2. l. 15. §. si quid uitio.

Declaratur.

Quid sit locus publicus. l. 2. §. publici. §. ad ea igitur.

DISTINGVITVR.

1 *Ex specie facti.*

Si in publico ædificet. l. 1.

Si in locū publicū immittat quid. l. 2. in pr.

Si uelum in meniano immissum habeat, quod uicini luminibus officit. l. 2. §. cum quidam.

Si in mari piscari, nauigare, uel in campo publico ludere, &c. prohibeatur quis. l. 2. §. si quis in mari.

Si molem in mare proijcit. l. 2. §. aduersus.

Si pilas in mare, uel in litus iecerit. l. 3.

Si per locum publicum riuus aquæductus priuato nocet. l. 4.

Si quis loco publico sterquilinium secundem parietem alicuius fecerit, ex quo paries madescit. ff. lib. 8. tt. 5. l. 17. §. fi.

Si id quod in loco publico habet, uelit reficere. l. 2. §. si quis id.

2 *Ex loco in quo fit.*

Si in area insula, agro, uia uel itinere publico. l. 2. §. publici.

Si in mari, uel littore maris. l. 3. l. 4.

Si in locis fisci. l. 2. §. hoc interdictum.

3 *Ex euentu facti.*

Si nulli noceat. l. 2. §. aduersus. §. meritò.

Si non in præsenti, sed postea noceat. l. 2. §. deinde ait.

Si ad priuati damnum redundet. l. 2. §. propter quod. §. ad ea igitur. §. meritò.

Si alius commodum per hoc amittat, & prospectus uel aditus alicui fiat deterior uel augustior. l. 2. § damnum.

Si officiat luminibus uicini. l. 2. §. cum quidam. §. si quid in pu.

Si

Si odore soli locus pestilentiosus fiat. l. 2. §. idem ait si odore.

Si ea quæ nullo iure fluebant, ædificando fluere impediat. l. 2. §. si quid in.

Si ei ædificio quod etiam in publico ab aliquo ædificatum, est noceat. l. 2. §. idē ait.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si à legibus uel magistratu permissum sit. l. 2. in prin. §. meritò. §. si quis à principe.

Si nemine prohibēte in publico ædificauit. l. 2. §. si quis nemine. usque ad §. ait prætor. l. 6.

¶ 4 *Quibus competat.*

Cui libet agere uolenti. l. 2. §. hoc interdictum. tt. 7. l. 1.

¶ 5 *Per procuratorem exerceri potest.*

l. 5.

¶ 6 *Quid ueniat in ea?*

Ne fiat non ut factū restituatur. l. 2. §. si quis nemine. l. 6.

De cautione præstāda. l. 2. §. si quis nemine. uers. si tamen adhuc. l. 4.

¶ 7 *Adfinia remedia.*

Actio iniuriarum. l. 2. §. si quis in mari.

Actio ex l. 12. tabul. l. 4.

Officiū eius qui publicis operibus præest. l. 2. §. si quis nemine.

¶ *De interdicto, ne quid in via vel itinere publico fiat.*

ff. li. 43. tt. 8. l. 2. §. ait p̄tor. usq; ad fi. legis.

¶ 1 *Populare est hoc interdictum.*

l. 2. §. hoc interdictum. tt. 7. l. 1.

¶ 2 *Causa ex qua datur.*

Si in uia uel itinere publico faciat uel immittat quid, quo ea uia iterve deterius fiat. l. 2. §. ait prætor.

Deteriorem fieri uiam quid sit. l. 2. §. deteriorem.

Distinguitur sequentibus modis:

Si cloacam in uiam publicam immittat. l. 2. §. si quis cloacam.

Si fossam in fundo suo fecit, per quam aqua in uiam publicam decurrit. l. 2. §. si quis cloacam.

Si quis ī suo ita ædificauit, ut aqua in uia collecta restagnet. l. 2. §. idem Labeo.

Si specus & pontem per uiam publicam faciat. l. 2. §. tractatum.

Si in uia publica monumentum exstruat. ꝫ. tt. 7. l. 2.

Si in uijs urbicis fiat. l. 2. §. hoc interdictum.

Si in uiis uicinalibus. l. 2. §. uiarum. tt. 7. l. 3.

Si non in præsentarium, sed postea noceat. l. 2. §. deinde ait.

Si ea quæ pascuntur, uiam publicam deteriorem faciant. l. 2. §. hoc interdictum.

¶ 3 *Quid veniat in hac actione?*

De eo quanti actoris interest. l. 2. §. hoc interdictum.

De reliquis. l. 2. §. item Nerua.

¶ 4 *Perpetuum est hoc interdictum.*

l. 2. §. hoc interdictum.

¶ 5 *Adfinia remedia.*

De officio magistratus uiarum. l. 2. §. hoc interdictum.

¶ *De interdicto restitutorio, si iam factum sit.*

l. 2. §. prætor ait. usq; ad §. fin.

¶ 1 *Differentia huius interdicti & superioris.*

§. prætor ait.

¶ 2 *Causa ex qua competit.*

Si quid in uia uel itinere publico factum sit, ut restituatur. §. prætor ait.

Si arbor alicuius in uiam publicam cecidit. §. si ex fundo.

¶ 3 *Aduersus quos datur?*

De eo qui fecit, & eo qui factū habet. §. hoc interdicto.

Declarat quid sit factum habere. §. habere.

De eo qui dolo malo fecit quo minus possideat, uel habeat. §. interdictum.

Si is qui fecit opus, id pro derelicto habeat. §. unde Ofilius. §. si ex fundo.

De eo qui fecit, & eo cui factum utile est. §. idem Labeo.

¶ 4 *Quid veniat in hoc interdicto.*

Vt factum restituatur. §. prætor ait. Restituere quid sit. §. restituas.

De sola patientia præstanda. §. restituas.

De eo quod interest. §. interdictum hoc.

¶ 5 *Perpetuum est.*

§. interdictum hoc.

DE ACTIONIBVS POPVLARIBUS. ff. lib. 47. tt. 24. Cap. VIII.

¶ 1 *Actiones populares quæ sint.*

l. 1.

¶ 2 *Causa ex quibus dantur.*

DISTINGVITVR:

Si antea etiam ex eadem causa actum sit. l. 3. in prin. li.12.tt.2. l.30.§.in popularib.

¶ III. *Quibus competunt?*

De quo libet.ff.lib.43.tt.7.l.1.

De pluribus.l.2.l.3.§.fin.

De eo cuius interest.l.3.§.fin.

De eo, cui per edictum postulare non licet. l.4.

De muliere & pupillo.l.6.

De eo cui ex S. C. Trebelliano restituta est hæreditas.l.7.

¶ IIII. *Per quos competant?*

An actor per procuratorem agere uel reus per procuratorem se defendere possit? l. 5. lib.3.l.42.in prin.l.45.§.qui ita.

¶ V *Aduersus quos competant.*

De hæredibns. l.8.

¶ VI. *Quandiu competant?*

Annales sunt.l.8.

¶ VII. *Euentus.*

An is qui has habet actiones, intelligatur locupletior.l.7.§.fin.

DE REBVS PRIVATIS tam proprijs & communibus, quàm alienis. Cap. IX.

¶ *De rebus proprijs.*

Nemo de domo sua inuitus extrahi debet. ff.lib.50.tt 17.l.103.

Quilibet rerum suarum moderator atq; arbiter est. C.li.4.tt.35.l.21.ff.li.37.tt.12. l.2.§.fin.

Distinguitur sequentibus modis.

Si deteriorem uicini conditionem faciat. ff. libr.8.tt.2.l.19.§.penult.l.23.tt.5.l.8.§. Aristo.lib 50.tt.17.l.61.

Si officiat luminibus uicini.ff. li.8. tt.2. l.8. cum duab.ll. sequentibus.

Si ædificando excludit uentum ab area uicini. C.li.3.tt.34.l.14.§.cum autem.

Si aperto pariete ianuam in publico aperuit.ff.lib.8.tt.2.l.40.§.fin.

Si fumum in suo faciat, & eum in superiora ædificia immittat: item si ex superiore ædificio in inferiora aquam, uel quid aliud immittat.ff.lib.8.tt.5.l.8.§. Aristo §. fin.

Si in fundo suo lapidem cædat, ut in fundũ uicini fragmenta cadant.ff.lib.8.tt.5.l.8. §.Alphenus.

Si secundum parietem uicini, in suo sterquilinium fecerit, ex quo paries madescit.ff. lib.8.tt.5.l.17.§.fi.

Si fistulæ, quibus aquam ducit, ruptæ inundant alterius parietem.ff.lib.8.tt.5.l.13.

Si seruitus uel usufructus, qui alii in re debetur, deterior fiat. ff.lib. 8.tt.2. l.13.tt. 5.l.9.C. lib.3. tt.34.l.5. Quid autem iuris domino in re sua, in qua alius usufructum uel seruitutem habet, competat, uide s̃.sub unaquaq; specie seruitutis, Euẽtus & iura seruitutis. item s̃. lib.prox. c. 11. de iure & officiis proprietarii.

Si quid in suo fecit ex quo damnum uicino timendum, uide infrà de damno infecto lib.eod.

Si in suo quid fecit, ex quo aqua pluuia uicino noceat, uide j̃.de aqua pluuia arcẽda lib.eo.

Si in subgrunda, uel protecto supra eum locum quo uulgò iter fit, id positum uel suspensum habeat, cuius casus alicui nocere possit.ff.lib.9.tt.3.l.5. §.prætor ait.usque ad fin.legis.

Si ædificium uicini in meum inclinat.ff.lib. 8.tt.5. l. 17. in princ. l. 14. §. fi.

¶ *De re & pariete communi.*

In re communi nemo dominorum iure seruitutis neque facere quidquam inuito altero potest, neque prohibere quo minus alter faciat, &c. ff.lib.8.tt.2 l.25.

Si socius in area cõmuni ædificare uelit an possit? ff.lib.8.tt.2.l.26.§.fi.tt.5.l.11.

Si ædes uel parietem communem demoliri uel reficere uelit. ff. lib.10. tt.3.l.12.lib. 8.tt.2.l.7.li.39.tt.2.l.35.l.36.l.37.l.41.

Si balneare extruxit, uel tubulos fecit secundum parietem communem.ff.lib.8.tt. 2.l.12. in princ. l.18.in prin.

Si parietem communem incrustauit. ff. lib. 8.tt.2.l.12.§.fi.

Si fistulam iniunctam parieti communi habet, quæ aquam capit.ff.lib.8.tt.2.l.18.

Si cameram ex figulino opere factam iuxta parietem communem habeat: item si scalas ad parietem habeat. ff. lib.8. tt.2. l. 18.§.fi.

Si aperto pariete communi fenestras immisit

misit.ff.lib.8.tt.2.l.39.

Si paries communis in ædes alterius inclinat.ff.lib.8.tt.5.l.14.§.fi.

Si in locum communem mortuum intulerit, uide s.ca.6.membr. de loco religioso uer.si in locum communem, item memb. De iure inferendi, &c. uersi. de domino proprietatis.

De reliquis. uide actionem Pro socio, & Communi diuidundo.

¶ *De re aliena.*

An quis aquam, quæ alieno loco oritur, ducere possit.C.lib.3.tt.34.l.4.l.6.

An in alieno fundo quis aucupari uel uenari possit.ff.lib.8.tt.3.l.16.lib.41.tt.1.l.3.§. planè qui. Inst.lib.2. tt.1. §. feræ, uersi. planè.

An lapides in alieno fundo cædere possit? ff.lib.8.tt.4.l.13.§.fi.

An per alienum agrum ire agere inuito uicino possit? C.lib.3.tt.34.l.11.

An in pariete alterius fenestram aperire possit? C.lib.3.tt.34.l.8.

An ageres in alieno agro, ex quo aqua pluuia ei nocet, munire possit? ff.lib.39.tt.3. l.1.§.fin.

An rem suam in alterius locum delatam qs tollere & auferre possit. ff. lib.10. tt.4.l. 5.§. idem Celsus. §. sed & si ratis. l.9.§. glans.l.15.lib.12.tt.1.l.4. §. fin. lib. 39. tt.2.l.9.§.de ijs autem.

An glandem, quæ ex suo in alienum agrum cadit, legere possit? ff.lib.43.tt.27.l.1.li. 9.tt.4.l.9.§.glans.

Si arbor alicuius in ædes alteriua impendet.ff lib.43.tt.26.l.1.in prin. usque ad §.deinde ait prætor.

Si arbor alicuius in alterius agrum impedet.ff.lib.43.tt.26.l.1.§. deinde ait. usque ad fin.legis.

Si arbor in alienum fundum uento sit inclinata.ff.lib.43.tt.26.l.2.

Si radices arboris in fundamento uicinarum ædium crescant, & fundamento periculum adferant.C.lib.8.tt.1.l.1.

Locus inferior superiori naturaliter seruit. ff.lib.39.tt.3.l.1.§.fin.

In rebus alienis habemus possessionẽ, usum fructum, usum, seruitutes, & alia iura quę ista sequuntur, de quibus uide supra.

DE ACTIONE TAM CONfessoria quàm negatoria.ff.lib.8. tt.5. Cap. X.

¶ Sequuntur nunc actiones generales, quæ pro dictis iuribus competunt, & primùm actio confessoria & negatoria.

¶ 1 *Diuisio huius actionis in confessoriam & negatoriam.*

l.2.in prin.

¶ 2 *Genus.*

In rem actiones sunt.l.2.in prin. Inst. lib.4. tt.6.§.æquè si agat.

¶ 3 *Simile.*

Ad exemplum earum quæ ad usumfructum pertinét, dantur.l.2.in prin.

¶ 4 *Vter possessor, uter petitor sit in hisce actionibus.*

l.6. §.sciendum.l.8.§.sed si quæratur.

¶ 5 *Causæ ex quibus competunt.*

Si seruitutem quis sibi uindicet, uel alij esse neget.Inst.lib.4.tt.6.§. æquè si agat.ff. l.4.§.competit.

Si quis nobis inuitis aliter quàm ei ius est, faciat, uel facientes non prohibeat.

Distinguitur sequentibus modis.

Si quis in suo quid facere, sedere, lauare, &c.prohibeatur.ff.l.8.§.fin.

Si nobis non contradicentibus faciat.ff.tt. 2.l.4.

Si tutor uel curator faciat.ff.l.15.

Si socius in re communi faciat uel prohibeatur.ff.l.11.tt.2.l.25.l.26.

Si ex proprijs in communes ædes fiat, uel contra.ff.tt.2.l.26.

Si factum sit.ff.l.9.§.sed si quidem.

Si eo nomine actum uel iudicatum sit. ff.l. 19.lib.39.tt 1.l.19.

Si reus latitet.ff.l.18.

Distinguitur insuper pro unoquoque genere iuris competentis uel non competentis, de quo uide præcedentia capita.

¶ 6 *Quibus competant.*

Iis quorum prædia sunt competunt, & non aliis.ff.l.1.l.2.§.hæc aũt.l.4.§.competit.

De possessore.ff.l.6.§.1.

De socio, & alio cui quis simul seruitutem stipulatus est.ff.tt.4.l.5.

De hæredibus eius cui seruitus concessa est. ff.tt.3.l.37.li.45.tt.1.l.2.§. ex quo q.dé.

De emptore prædij, eiusq; hæredibus.ff. tt.3.l.4.l.36.tt.4.l.12.tt.5.l.20 §.plures. uide insuper supra cap.1.membr.7. uer.si prædium, cui deb. seru. pro parte, &c.lib. eod.

De creditore cui fundus pignori obligatus est, item de eo ad quem fundus uectigalis pertinet.ff.tt.1.l.16.lib.39.tt.1.l.9.lib. 43.tt.24.l.1.§.fi.

De fructuario.ff.l.2.§.fi.l.9.§.fructuarius. lib.43.tt.24.l.1.§.item Iuliano.

De uno sociorũ.ff.l.4.§.si fundus.tt.3.l.19.

De superficiario.ff.lib.39.tt.1.l.3.§.penul.

¶ 7 *Aduersus quos competant.*

De uno sociorum.ff.l.4.§.sed etsi duorum.

De domino prædij seruientis,& fructuario. ff.tt.1.l.21.§ fi.

De quouis à quo quis impeditur.ff.l.10.§. agi autem.lib.43.tt.19.l.1.§.competit. uer.nam etsi.

¶ 8 *Quid ueniat in ea.*

Non ut faciat aliquid, sed ut patiatur, uel ne faciat.ff.tt.1.l.15.§.fin.tt.5.l.6.§.& Gallus.

Vt aut res, hoc est seruitus præstetur, aut cautio, etsi neutrum horum præstatur, ut tanti condemnetur reus, quanti in litem iuratur.ff.l.7.

De cautione præstanda.ff.l.12.tt.1.l.20.li. 43.tt.19.l.7.

De reuocando opere ad pristinam formam suis sumptibus, damnoq; sarciendo.C.li. 3.tt.34.l.5.l.8.l.9.

De fructibus.ff.l.4.§.in confessoria.

Si unus ex pluribus agat uel conueniatur.ff. l.4.§.si fundus.tt.1.l.17.

¶ 9 *Euentus.*

Si reus latitet, nec rem defendat, petitoris partes substinebit,&c.ff.lib.39.tt.1.l.15. tt.2.l.45.

Si reus in negatoria actione succubuit, an sumptus factos repetere possit? C.lib.3. tt.34.l.2.

Si is qui seruitutem sibi defendit, obtinuit, non debet ei seruitus cedi,&c.ff.l.8.§.sed si quæratur.uer.& si quidem.

Si unus ex pluribus obtinuerit, uel succubuerit, an prosit & obsit alijs.ff.l.4.§.si fundus.l.19.

¶ 10 *Adfinia remedia.*

Ad exemplum earum, quæ ad usumfructum pertinent, dantur.ff.l.2.in prin.

Vti possidetis.ff.l.8.§.Aristo.uer.sed & interdictum.

Interdict.de itinere actuque priuato.ff.l.2. §.fi.l.4.§.sed de ref.

Interdict.de loco publico.ff.l.17.§.fi.

Interdict.quod ui aut clàm, item iactus lapilli.ff.l.6.§.sciendum.

Operis noui nunciatio.ff.tt.2.l.14.§.fi.tt. 5.l.6.§.fi.

Damni infecti, & in factum actio.ff.l.17.§. fi.tt.2.l.17.l.28.

Communi diuidundo.ff.tt.2.l.25.

Vsusfructus uindicatio.ff.lib.7.tt.6.l.1.in prin.l.5.§.utrum autem.

De dolo actio.ff.l.9.§.fructuarius.

Tutelæ actio.ff.l.15.

Actio uenditi, & incerti conditio.ff.tt.2.l. 34.tt.4.l.6.§.si in uenditione.

Exceptio.ff.l.16.l.20.in prin.

Si reus latitet, uel non defendatur.ff.l.18. lib.39.tt.15.tt.2.l.45.

DE OPERIS NOVI NVNciatione.ff.lib.39.tt.1. Cap. XI.

¶ I. *An teneat nunciatio noui operis.*

DISTINGVITVR.

1 *Ex causa ex qua nunciatur, & propter quam.*

Nunciatio fit aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. Nunciamus autem, aut quia ius aliquod prohibendi habemus, uel ut damni infecti caueatur nobis aut si quid contra leges, edictave principum, quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiet, uel in sacro, uel in loco religioso,&c.l.1.§.nunciatio fit.

Noui operis nunciatio triplex causa est, aut publica, aut imposititia,&c.l.5.§.Sextus Pedius.

Si quis in ædes nostras immittat quid, uel in nostro ædificet.l.5.§.sed etsi in ædes. §.naturalem.§.meminisse.

Si ædificat, aut detrahit aliquid quo pristinam faciem mutat l.1.§.opus nouum.

Si ædificiũ uetus fulciat.l.1.§.si qs ædificiũ.

Si riuos uel cloacas reficiat uel purget.l.5. §.si

§.si quis riuos. §.proinde si quis lib.43. tt.20.l.3. §.si quis riuum. tt.22. l.1.§. si quis purganti.

Si messem faciat, arborem succidat, uineam putet.l. 1.§. hoc autem, la 2.

Si non in re soli, sed mobili opus fiat.l.1.§. hoc autem.la 2.

Si intra uel extra oppidum, item si in publico uel priuato fiat.l.1.§.siue autem.

Si in prouinciali prædio fiat.l.3. in prin.

Si in mari uel littore maris fiat. l.1. §.quòd si quis in.

Si in re communi fiat.l.3.§.si in loco. usque ad §. si ego.

2 *Et persona nunciantis.*

De eo ad quem res non pertinet.l.1. §.iuris nostri.

De eo qui ius prohibendi non habet. ff. lib. 43.tt.24.l.1.§.1.

De eo qui nec dominium, nec seruitutem habet.ff.lib.43.tt.24.l.1.§.ius is.

De usufructuario loci.l.1.§.fi.l.2.lib.43.tt. 24.l. 1.§.item Iuliano.

De eo cui seruit uia, uel domus in qua ædificatur.l.14.lib.8.tt..2.l.14.§.fi.

De superficiario.l.3.§.penult.

De creditore cui pignori prædium est obligatum.l.9.lib.43.tt.24.l.1. §.ei quoque qui.

De procuratore, si alieno nomine nunciet quis.l.1.§.nunciatio.

De quouis, si in publico: opus fiat l.3. §. fin.l.4.

De uno ex pluribus quorum rei nocetur.l. 5.§.si plurium.

De seruo.l.5.§. 1.

De pupillo.l.5.in prin.

3 *Ex persona eius cui nunciatur.*

In rem fit nunciatio, non in personam.l.10. l.23.§.quia nunciatio.

Si non domino operis nuncietur. l.5.§.nunciare.

De cuiuis præsenti nunciando. l.5.§.nunciare.l.11.

Si mulieri, puero uel puellæ nuncietur.l.5. §.nunciare.uer. nam etsi.

Si seruo nuncietur. l.5.§.1.§.nunciare. uer. nam etsi.

Si furioso & infanti nuncietur.l.10.l.11.

Si tutori, curatori & actori nũcietur.l.7.§.fi.

Si uni ex pluribus nunciatum sit. l. 5. §. si plurium.

4 *Ex persona eius aduersus quem nunciatur.*

De absente inuito & ignorante. l.1. §.item nunciatio.

De furioso & infante.l.10.l.11.

De prætore.l.5.§.si quis ipsi.

5 *Ex loco in quo nunciatur.*

Si non in eo loco, in quo ædificatur, nunciatum sit.l.5.§.nunciationem. §.si quis fortè.usque ad §.si plurium.

6 *Ex tempore quo nunciatur.*

Omnibus diebus nunciatio fieri potest.l.1. §.item nunciatio.

Si non eo tempore, quo in opere sunt, nunciet. l.5.§.si quis fortè. uersi. in re enim præsenti.

Si post factum opus nuncietur. l.1.§.hoc autem edictum.

7 *Ex modo & officijs nunciantis.*

Si non adeat prætorem nuncians. l.1.§.nunciatio.

Si non præstet iuramentum calumniæ.l.5.§. qui opus.

Si procuratorio nomine nuncians non caueat de rato.l.5. §.qui procuratorio. l.6. l.7.

Si non dicat in quo loco opus nouum nunciet.l.5.§.qui nunciat.

Si ignoret nuncians quod opus fiat. l.1. §. post autem.

8 *Ex reliquis contingentibus.*

Si non sit proximus uicinus qui opus facit, sed remotior.l.8.in prin.

Si non suo, sed alieno nomine nunciet.l. 1. §.nunciatio.

Si cum in pluribus locis opus fieret, una tantum nunciatio facta sit. l.5. §.si in pluribus.

Si mora operis periculum aliquod sit allatura.l.5.§.præterea.usque ad §.qui opus.

Si locus, in quo nunciatur, uacuus sit, uel ædificatus.l.20.§.siue autem.

Si is qui nunciat, ius prohibendi non habeat.ff.lib.43.tt.24.l.1.§.1.

Si iure ædificet is cui nunciatum est.l.1. in prin.l.20.§.interdictum, uersi.qui igitur facit.§.ait prætor.

Si is cui nunciatũ est, uelit agere ius sibi esse ita ædificatũ habere. l. 1.§. sed etsi is cui.

Ex

9 *Ex consequentibus nunciationem.*

Si uel is qui nunciauit, uel is cui nunciatũ est, decesserit, uel ædes alienauerit. l. 8. §. fi. l. 23.

Si facta nunciatione, is qui nunciauit per annum non egerit, uel lis intra annum eũ finiatur. C. lib. 8. tt. 11. l. 1.

Si cum prætor opus nouum nunciari iussisset, postea prohibuit. l. 16.

Si nunciatio sit remissa. l. 1. in prin. §. inde quæritur. l. 5. §. si in pluribus. §. qui remissionem. l. 13. in princ. §. fi. lib. 43. tt. 24. l. 1.

Si de opere demoliendo satisdatum uel repromissum sit ab eo cui nouum opus nũciatum est, & si non stat per eum quo minus satisdet uel repromittat. l. 5. §. si is cui nunciatum. §. qui remissionem. l. 8. §. si cum possem. l. 20. §. si quis paratus. l. 21. in prin. usque ad §. opus auté. §. quæsitum est. usque ad fi. legis. lib. 43. tt. 24. l. 1. §. planè. lib. 46. tt. 5. l. 1. §. stipulatio.

¶ *II. Euentus nunciationis.*

Is cui nunciatum est abstinere debet ab opere donec uel caueat, uel remittatur ei nũciatio. l. 8. §. sciendum. & si contépta nunciatione ædificauerit, id restituetur, de quo paulò inferius.

Qui opus nouum nunciat, in testationem referre debet, si quid operis iam factũ est, ut appareat quid postea factum sit. l. 8. §. qui opus. §. sed ut probari.

Post noui operis nunciationem committũt se litigatores iurisdictioni. l. 1. §. & post.

Quamdiu controuersia ista agitari debeat. C. lib. 8. tt. 11. l. 1.

Nunciatione possessorem aduersarium facimus. l. 1. §. in operis. l. 5. §. meminisse. uersic. cæterùm. lib. 43. tt. 23. l. 7. §. ait Iulianus. uersi. cum possessor.

Si operis noui nunciatio denegatur, nihilominus legitimæ actiones confessoria & negatoria manent. l. 19.

De actionibus, quæ ex noui operis nunciatione dantur, sequitur.

¶ *De actione si post nunciationem sit ædificatum.*

1 *Causa qua datur.*

Si quis cõtempta nunciatione opus fecerit. l. 20. in princ. §. quidquid. Distinctiones huius iuris, uide supra membr. 1. cap. eo.

2 *Quibus datur?*

De sociis qui non nunciarunt. l. 5. §. si plurium.

De domino procuratore nunciante. l. 17.

De hærede, cæterisque successoribus. l. 20. §. hoc interdictum.

3 *Aduersus quos datur?*

De sociis operis. l. 5. §. si plurium. l. 18.

De eo qui opus fecit, uel factum ratum habuit. l. 20. §. hoc interdictum.

De eo cui opus nouum nunciatum est, & emptore loci qui ædificauit. l. 23.

De hæredibus & ceteris successoribus. l. 20. §. hoc interdictum. l. 22.

4 *Quid veniat in ea?*

Vt opus restituat. l. 20. in prin.

5 *Quamdiu datur?*

Perpetua est. l. 20. §. hoc interdictum.

6 *Quæ actio detur?*

De interdicto & actione in factum. l. 20. in prin. §. nonnulli.

¶ *De actione quæ datur ex cautione eius cui nunciatum est, de opere demoliendo.*

1 *Causa ex qua datur.*

Si iudicatum sit non iure fuisse ædificatum, uel si res non sit defensa. l. 21. §. habet autem. §. siue autem.

DISTINGVITVR.

Si unum aut alterum tantum cementum sit positum. l. 21. §. opus.

2 *Quid veniat in ea?*

Vt res boni uiri arbitratu restituatur. l. 21. §. siue autem. lib. 46. tt. 5. l. 2. in prin.

Si res ita restituta non sit, uenit quanti ea res est. l. 21. §. quod si ita. §. fin.

Quanti iudicatum est. l. 12.

¶ *De actione, si quis eum qui satisdedit opus facere prohibeat.*

l. 20. §. deinde. usque ad fi. legis.

1 *Ratio huius interdicti.*

§. hoc interdictum.

2 *Genus.*

Prohibitorium est. §. hoc interdictum.

3 *Causa ex qua datur.*

Si quis cũ satisdedit, opus facere prohibeat. §. deinde ait.

DISTINGVITVR.

Si cautum non perseueret. §. hoc autem interdictum.

Si re-

Si repromissum tantum sit.§.hoc autem.

Si non iure ædificetur.§.hoc interdictum.

Si satisdatum non sit:per nunciatorem auté steterit,quo minus satisdetur. §.deinde. §.hoc autem. §.si aliquando.

De reliquis, uide supra uers.si de opere demoliendo satisdatum,&c.

4 *Quibus datur?*

De hærede & cæteris successoribus. §.fi.

5 *Quamdiu?*

Annalis est.§.fi.

6 *Adiuncta.*

De cautione iudicatum solui, & ratam rem haberi a procuratore conuento danda.l. 5.§.fin.l.6.l.7.

De exceptionibus procuratoriis non opponendis.l.6.

¶ *De actione quæ datur ex cautione procuratoris de rato.*

An detur,si dominus postea iterum nouum opus nunciauerit.l.13.§. si dominus.

¶ 3 *Adfinia remedia noui operis nunciationis.*

Per prætorem,& per manum,hoc est per lapilli iactum inhiberi opus potest.l.3.§. 1.uers.planè si.l.5.§.meminisse.

Quod ui aut clàm,uti possidetis, & alia interdicta.l.1.§.hoc autem edictum.l.5.§. meminisse.uers.& si fortè.

Vindicatio usufructus, uel seruitutis, & actio negatoria ius ei non esse. l.1.§.fi.l. 2.l.14.l.15.lib.43.tt.20.l.3. §.si quis riuum.tt.24.l.1.§.item Iuliano. uers.sed si hoc facto.

Communi diuidũdo iudicium. l.3.§.1.usq; ad §. si ego super.

QVOD VI AVT CLAM. ff.lib.43.tt.23. Cap. XII.

¶ I. *Ratio huius interdicti.*

l.1.§.1.

¶ II. *Genus: Restitutorium est.*

l.1.§.1.

¶ III. *Causa ex qua datur.*

Si quid ui aut clàm factum est.l.1.in princ. l.11.§. hoc interdictum. pro huius causæ declaratione & distinctione, singula uerba proposita ordine excutienda erunt.

1 *De uocabulo Vi.*

Vi factum est, si quis contra quàm prohiberetur, fecit.l.1.§. quid sit ui factum.l.3. in prin.uers.nam prohibitio.l.19.in prin. lib.50.tt.17.l.73.§.vi factum.

Distinguitur sequentibus modis.

Prohibitus intelligitur quolibet actu ꝓhibentis,uel dicentis se prohibere,uel manum opponentis,&c. l.19.§.prohibitus.

Si iactu uel minimi lapilli prohibitus sit.l. 1.§. sed etsi quis iactu.l.19.§.ꝓhibitus.

Si testatio uel denunciatio facta sit.l.1.§. sed etsi quis contra.l.5.§. si quis cum.

Nihil refert per quem prohibeat. l.3. in prin.l.17.

Si per procuratorem uel seruum prohibuerit.l.3.in prin.

Si per mercenarium uel aliam liberam personam prohibuit.l.3.§.fin.

Si per inquilinum prohibuit.l.17.

Si filius domini prohibuit.l.13.§.1.§.idem ait.

Si prohibitus decesserit,uel locum uẽdidit, isque qui ab eo emit,uel heres fecit.l.19. §. item si prohibiti.

Si destitit prohibitus, & postea rursus facere cœpit.l.1.§.item Labeo.

Si prohibitus paratus sit se in iudicio defendere,uel damni infecti nomine cauere.l. 3.§.si quis paratus.

Si prohibens, postea facere permiserit. l.1. §.item Labeo.l.3.§.sed si permiserit usq; ad §.si quis paratus.l.19.§.tamdiu.

Si operis noui nunciatione facta, ea remissa sit, & postea rursus prohibitus.l.7. §.ait Iulianus. uer.remissione.

Si non omnibus momentis vim fecerit.l.3. §.illud sciendum.

¶ *An ergo si non prohibitus sit, non teneatur quasi non vi fecerit?*

DISTINGVITVR:

Si fecit quo minus prohiberetur. l. 19. in princ.

Si cum sciret se prohiberi, per uim molitus est,ne ꝓhiberi posset.l.1.§.sed & Aristo.

Si rogauit magistratum, ut aduersarium iudicio adesse iusserit, ne opus nouum nunciaret.l.18.§.non absurde.

Si cum prohibiturus ueniret,alius sine dolo malo facientis deterruit uenientem

ne ueniret.l.1.§.fin.l.2.

Si prohibitus imbecillitate impeditus, uel ne offenderet te uel alium, nõ prohibuit l.1. §.si quis tamen.

2 *De uocabulo Clàm.*

Clàm facit, qui non denunciat aduersario, à quo timet, aut timere debet controuersiam.l.3.§.clàm facere. usque ad fi.legis. lib.50. tt.17. l.73. §.ui factum.

DISTINGVITVR:

Si non timuit controuersiam.l.3. §.fi. l.4.l. 20.§.1.

Si aduersarius nouum opus nunciauit. l.7. §.ait Iulianus. uers.clamque facere.

Si non sit cui denuncietur. l.5. §. & si fortè non sit.

Si non celandi animo fecit:item si sciuit mariti aduersariæ.l.5.§.sed & Seruius.

Si aduersus filiumfamilias fecit. l.13.§.idé ait.

¶ *An ergo si denunciauit, non teneatur quasi non clàm fecerit.*

DISTINGVITVR:

Si perfunctoriè aut obscurè denunciauit.l. 5.§.si quis se.

Si eo tempore denunciauit, quo scit prohiberi nõ posse.l.5.in prin. §.1.uers.neque tam arctare.

Si nõ diem, nec horam, nec locum uel opus quod facturus est, denunciat. l.5.§.si quis se.

Si decepit aduersarium.l.5.in prin.

Si amicis, procuratori domui, uel familiæ aduersarij denunciauit. l.5.§. & si fortè. §.idem ait si quis.

Si uiro aduersariæ denunciauit.l.5. §.sed & Seruius.

Si ei qui non possidet, denunciauit.l.11.§. Aristo.

Si aliter fecit atque denunciauit. l.5. in princ.

Si non statim post denunciationem fecit.l. fi.§.fin.

3 *De uocabulo Aut.*

Si & vi & clàm fecerit. l.11. §.hoc interdictum.

4 *De uocabulo Factum.*

DISTINGVITVR:

Ex specie facti.

Si agrum arauerit, uel fossam fecerit. l.21. §. si quis ui. l.9.§.fin.

Si fossam fecerit in publica sylua, in quam bos meus ceciderit.l.7.§.præterea.

Si aceruum stercoris in agrum deiecerit. l. 7.§.si quis aceruum.

Si arbores succidat.l.7.§.notauimus.§.itaque si quid. l.18.§.fi.

Si arundinem, salictum succidat. l.7. §.notauimus.

Si syluam cæduam, maturam uel immaturã ceciderit.l.18.in prin.

Si uineas succidat. l.7. §.notauimus. uers. idem & in uineis.

Si ædificium demolitus sit, non tamen usq; ad solum.l.7.§.fin.

Si tegulas sustulit uel amouit.l.7. §.fin.l.8. l.9. in prin.

Si ramos de arboribus abstulit. l.9. in prin.

Si quid ædibus affixum euellit.l.9. in prin.

Si aceruum succenderit uel dispersit.l.9. §.fi.l. 10.

Si proiectum aut stillicidium in sepulchrũ miserit.l.21.§.penul.

Si statuam de monumento abstulit. l.11.§. si quis de monu.

Si ostium euellat, & effringat.l.11.§.si quis de monu.

Si statuam in municipio ex loco publico sustulit.l.11.§.1.

Si ex uineis radices abstulit. l.11. §.si quis in uineis.

Si uitem meam ex fundo meo in fundũ suũ deprehenderit, eaque in fundo eius coaluerit.l.21.in prin.

Si stercus per fundum meum tulerit, aut iter fecerit, aut auem egerit, uenatusve fuerit. l.21. §.si stercus.

Si in puteũ uicini aliquid effuderit, & aquã corruperit.l.11.in prin.

2 *Ex re in qua & circa quam factum est.*

Si in loco publico, sacro uel religioso factũ est.l.19.§.fi.

Si in re quæ nullius est, & in hæreditate iacente.l.13.§.quæsitum.

Si in re mobili factum sit. l.1.§.hoc interdictum la 2. l.7. §.notauimus. §. itaque si quid.l.9.§.fi.l.10.l.19.§.penul.

Si in naue factum sit.l.19.§.penul.

Si in aqua factum sit.l. 11.in prin.

Si circa fructus. l.7.§.notauimus. §. cæterũ qui

qui.§.itaque si quid.

Si circa arbores tegulas, statuam, &c. uide paulò superius, Ex specie facti.

3 *Ex persona facientis.*

Si proprietarius fecit l. 13. in prin.

Si socius in re communi fecit. l. 13. §. si ex sociis.

Si parens, patronus, uel eius liberi fecerunt. ff. lib. 37. tt. 15. l. 7.

Si hæres prohibiti, uel is qui ab eo emit, fecit. l. 19. §. item si prohibiti.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si aduersus filiumfamiliàs fecit. l. 13. §. idem ait.

Si aduersarius prior ui uel clàm fecit. l. 7. §. bellissimè. l. 21. §. si ad ianuam.

Si culpa fecit. l. 15. §. penul.

Si incendij arcendi causa fecit. l. 7. §. ex autem & alia.

Si aceruum stercoris pinguedinis causa in agrum deiecit. l. 7. §. si quis aceruum.

Si melior agri causa sit facta. l. 7. §. si quis aceruum.

Si dominus damno non sit affectus. l. 18. in prin. l. 21. §. si stercus.

Si iure fecit. l. 1. §. & parui refert. usque ad §. hoc interdictum.

Si is qui fecit, paratus sit se in iudicio defendere. l. 3. §. si quis pàra.

Si restituere non possit. l. 15. §. penul.

Si aduersarius fundum uendidit. l. 11. §. si posteaquam.

Si diruto ædificio postea ortum sit incendium. l. 7. §. est & alia. uer. quòd si nullo.

Si restitutum sit opus, nec in præsenti extet. l. 11. §. quod ait pretor. l. 20. in prin. l. 21. §. si ad ianuam.

Si actum sit eo nomine. l. 6. §. fi. l. 7. §. & planè si mortuo. l. 15. §. si in sepulcro. §. fi. l. 20. in prin.

¶ *IIII. Quibus datur?*

De domino, & eo qui prohibuit. l. 17. lib. 39. tt. 1. l. 17.

De patre & filio prohibente. l. 13. §. 1. l. 18. §. fin.

De domino prædij, & eo cuius interest. l. 11. §. fi. l. 13. §. si ex socijs. l. 16. in prin.

De colono & fructuario l. 11. §. nec enim multū. uer. nam & colo. l. 12. l. 13. in prin. l. 16. §. si quis ui. l. 18. §. fi.

De uenditore & emptore fundi. l. 11. §. si posteaquam. usque ad §. fi.

De hæredibus & cæteris successoribus. l. 13. §. quæsitum.

De eo cuius celandi causa factum est, & domino fundi. l. 5. §. si quis dum.

Si statua ex loco publico sit sublata. l. 11. §. 1.

Si cum mihi concesseris, uel à te emerim, ut arbores in fundo tuo mihi cædere liceat, alius eas cæciderit. l. 13. §. si mihi concess.

¶ *V. Aduersus quos datur?*

De eo qui fecit, & eo cuius iussu & nomine factum est. l. 5. §. hæc uerba. usque ad. fi. legis. l. 6. l. 11. §. si tutores. l. 15. §. si sepulcro.

De domino & procuratore faciente. l. 13. §. si colonus.

De domino & colono faciente. l. 13. §. si colonus, usque ad fi. legis.

De locatore & conductore faciente. l. 15. §. is cui fundum.

De domino seruo faciente, & seruo ipso. l. 5. §. si quid seruus. l. 7. §. 1. l. 14.

De eo qui fecit, & domino fundi. l. 7. in prin.

De possessore operis. l. 15. in prin. l. 16. §. fi.

De pupillo & furioso tutore uel curatore faciente uel iubente. l. 11. §. si tutoris.

De hæredibus, cæterisque successoribus. l. 15. §. hoc interdictum.

¶ *VI. Quid ueniat in hoc interdicto.*

Restitutorium est. l. 1. §. hoc interdictum.

De eo quod interest. l. 15. §. in hoc interdicto. usque ad. §. fi.

De sola patientia præstanda. l. 7. in prin. l. 11. §. si tutoris. l. 13. §. fi. l. 14. l. 16. §. fi.

In hæredes datur in id quod ad eos peruenit. l. 15. §. hoc interdictum.

Quatenus dominus serui nomine teneatur. l. 7. §. Neratius. usque ad. §. ait Iulianus. l. 14.

Si incendii arcendi gratia fecit. l. 7. §. est autem & alia.

Si damnum opere datum sit, uel dominus id sua impensa sustulerit. l. 11. §. quod ait tor. uer. si tamen inquit.

De impensa pstanda. l. 13. §. fi. l. 14. l. 16. §. fi.

De iure ob opus factum amisso restituendo. l. 20. §. fin.

De

De fructibus,& omni causa. ff.lib.22.tt.1.l. 38.§.interdicto.

¶ *VII. Quamdiu detur?*

Annale est.l.15.§.hoc interdictum. usque ad §.in hoc interdicto.l.21. in prin.

¶ *VIII. Euentus.*

An uenditor id quod hoc interdicto consecutus est, emptori præstare debeat, uel cõtrà emptor uẽditori? l.11.§.si posteaquã. usque ad §. Aristo.

¶ *IX. Adfinia remedia.*

Interdictum ex operis noui nunciatione.l. 7.§.ait Iulianus.

Furti.l.7.§.cæterum qui.l.11.§.1.uers.municipes.

Legis Aquiliæ actio.l.33.in prin.lib.19.tt. 2.l.28.§.culpæ.

Locati, & arborum furtim cæsarum. ff.lib. 19.tt.2.l.28.§.culpæ.

Sepulchri uiolati.l.15.§.si in sepulcro.l.21. §.penult.

¶ *X. Reliqua in opere nouo tam soli quàm cœli mensura facienda est.*

l.20.§.in opere.

DE PRECARIO.
ff.lib.43.tt.25. Cap. XIII.

¶ *I. Definitio precarij.*

l.1.in prin.l.2.§.fi.

DISTINGVITVR:

vt ℈.Causæ huius interdicti.

¶ *II. Exempla.*

l. 3.

¶ *III. Quo iure sit introductum precarium.*

Iure gentium l.1.in prin. uers.quod genus.

¶ *IIII. Simile.*

Commodatum.l.1.§.fi.

Donatio.l.14.§.fi.

¶ *V. Differentia.*

A donatione.l.1.§.& distat.

A commodato.l.8.§.eum quoque.

¶ *VI. Cui competat precarium?*

De domino, seruo, uel procuratore rogãte. l.4.§.etenim.l.6.§.1.l.13.

De hærede eius qui precariò rogauit. l.12. §. fin.

De eo qui adoptauit precariò possidentem. l.16.

¶ *VII. Euentus precarij.*

Is qui rem precariò habet, possidet.l.2.§.fi. l.4.§.1.l.6.§.is qui rogauit.l.15.§.eum qui.

Is quoque qui precariò concessit, possidet. l.15.§.penul.

Is qui precariò possidet, interdicto Vti possidetis uti potest.l.17.

Is qui fundum precariò rogauit, ut ei in eo morari liceat, & cum suis uti potest.l.21.

¶ *VIII. De interdicto de precario restituendo.*

1 *Ratio huius interdicti,*
l.2.§.hoc interdictum.l.14.l.15.in prin.

2 *Genus: Restitutorium est.*
l.2.§.hoc interdictum.

3 *Causæ ex quibus datur.*

Si precarium non restituatur.l.2.in prin.

Si is qui precario rogauit, seruitute usus nõ sit, eaq; ideo sit amissa. l.8.§.si seruitute.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si pupillus precario rogauerit.l.22.§.fi.

Si seruus precarium cõcesserit.l.19.in prin. lib.24.tt.7. l.15.

Si is qui non possidet, ei qui possidet.precario, concesserit.l.18.l.22.in prin.

Si is qui dominum ui de possessione deiecit, precario rogauit. l.6.§.Iulianus.

Si quis rem suam precario rogauerit. l.4.§. item si rem.l.6.§.fi.l.22.§.& econtrà.

Si debitor rem pignori datam precario rogauerit.l.6.§.fi.l.11.lib.44.tt.7.l.15.

Si emptor rem emptam, donec preciũ soluat precario rogauerit.l.20.

Si quis rem, quam per interdictum Vti possidetis poterat retinere, precario rogauerit. l.7.

Si habitatio gratuita alicui concessa sit.l.15. §.hospites. C.lib.8. tt.9.l.2.

Si ius precario rogatum sit, scilicet ut immissum habeat, uel protectũ.l.15.§.precario. l.3.

Si uicinus in tuo, uel in suo loco, qui tibi seruitutem debet maceriam precario duxerit.ff.lib.8.tt.4.l.17.

Si res mobilis ꝓcario sit rogata. l.4.in prin.

Si per epistolam uel nuncium precario rogetur uel concedatur.l.9.

Si duobus insolidum eadem res precario cõcessa sit.l.16.in prin.

Si res

Si res precario concessa a domino, ad alium translata sit. l. 8. §. illud tamen.
Si dominus, qui precario concessit quo ad uellet, mortuus sit. ff. lib. 19. tt. 2. l. 4.
Si tempus ad quod precario rogatum est, finitum sit, & si ulterius rogetur. l. 4. §. fin. l. 5. l. 6. in prin.
Quo quis loco precario aut possideat, aut cœperit possidere, nihil refert l. 15. §. fi.
Si non dolo, sed culpa is qui precarium rogauit, circa rem uersatus sit, uel eam possidere desiit. l. 8. §. cum quoque. §. si seruitute. l. 22. §. fi.

4 *Quibus datur.*

De hæredibus & cæteris successoribus. l. 8. §. quod à Titio l. 12. §. fi.
De eo à quo precario rogatum est, & eo cuius res est. l. 8. in prin.
De eo cui dominus rem alienauit. l. 8. §. illud tamen.
De domino serui rogati. l. 19. §. 1.

5 *Aduersus quos datur.*

De hæredibus. l. 8. §. fin. lib. 44. tt. 3. l. 11. in prin. C. lib. 8. tt. 9. l. 2.
De eo qui precario rogauit, & eo qui precario habet. l. 4. §. & tenebitur. l. 8. in prin. uer. & tamen.
De domino & patre rogantis. l. 13.

6 *Quid ueniat in hoc interdictum.*

Restitutorium est interdictum. l. 2. §. hoc interdictum.
Vt res in pristinam causam restituatur. l. 8. §. ex hoc interdict.
De ipsa re & rei æstimatione. C. lib. 4. tt. 65. l. 33.
De eo quod interest si res non restituatur. l. 8. §. ex hoc interdict.
De fructibus. l. 8. §. ex hoc interdicto.
De eo quod ex re natum est. l. 10.
De omni causa. l. 8. §. si seruitute.
Hæres ex dolo defuncti quatenus ad eum peruenit tenetur. l. 8. §. fi.

7 *Quando & quandiu datur.*

Etiam ante tempus, ad quod res cõcessa est, repeti potest. l. 1. in prin. l. 12. in prin. l. 15. in prin.
Etiam post annum datur. l. 8. §. interdictũ.

8 *Adfinia remedia.*

Præscriptis uerbis actio. l. 2. §. itaque cum quid. l. 19. §. fi.
Commodati. l. 1. §. fi.
Mandati & in factum actio. l. 8. in prin.
Ex stipulatu actio, uel alia si cautum est de precario restituendo. l. 15. §. cũ quis de.
De peculio & in rem uerso. l. 13.

DE DAMNO INFECTO. ff. lib. 39. tt. 2. Cap. XIIII.

¶ I. *Ratio huius actionis, & differentia à cæteris actionibus quæ dantur de damno.*

l. 6. l. 7. §. hoc interdictum.

¶ II. *Causa ex qua datur.*

Si quid sit aut fiat ex quo damnum infectũ metuatur. l. 7. in prin. l. 9. §. integra.

DECLARATVR:

Etimologia damni. l. 3.
Quid sit infectum. l. 2.

DISTINGVITVR:

1 *Ex causa propter quam, & re à qua damnum timetur.*

Siue ædium uicio, siue operis, quod uel in ędibus uel in loco urbano aut rustico, priuato uel publico fiat. l. 19. §. fi.
Si à uicio loci, non operis metuatur. l. 15. §. notandum. §. si quid uicio. l. 24. in prin. §. uicium.
Si quid in flumine publico ripaùe eius fiat. l. 7. §. de eo opere. l. 15. §. deinde ait prætor. l. 24. in prin.
Si quid in uia publica fiat. l. 15. §. si qnid in uia, usque ad §. de cæteris. l. 31. in prin.
Si in alio loco publico fiat. l. 15. §. de cæteris. l. 19. §. fi.
Si publicus locus publicè reficiatur. l. 15. §. si publicus.
Si monumento, uel à monumento damnum metuatur. l. 13. §. si quis iuxta.
Si quid ex uicio operis quod in fundo meo aquæ ducendæ causa fit, damnum metuatur. l. 30. in prin.
Si ex foramine quod est in pariete, proluendi pauimenti gratia damnum detur. ff. li. 8. tt. 2. l. 27. l. 28.
Si ex ædibus communibus alteri sociorum damnum metuatur. l. 32.
Si à pariete communi damnum alteri metuatur. l. 39. in prin. l. 43. §. cum parietem.

Si damnum superficiei ex uicio soli, uel cō trà solo ex superficie metuatur. l.18. §.ei qui in conduct.

Si inquilinus ex ædibus quas incolit, damnum metuat. l.13. §.de illo quæritur.l. 18.§.ei cuius. uersic.sed inquilino. l.33. l.34.

Si usufructuarius ex ædibus, quarum usumfructum habet, uel proprietarius damnum metuat.l.18.§.ei cuius.l.20.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si alia actio sit.l. 18.§.emptor.uers.& quod alia.l.32.§.fi.

Si interdictum quod ui aut clàm competat. l.13.§.si quis opus.

Si actor prius opus nouum nunciauerit, uel egit uicino ius non esse,&c.l.13.§.si quis opus.

Si actor uicissim nolit cauere reo de damno infecto.l.18.§.si uicinus.

Si reus quod antea actor cauere noluit, in possessionem missus sit.l.13.§.si quis qa.

Si damnum datum sit.l.7.§.hoc edictum.tt. 3.l.11.§.officium.uers.quia ubique non. uide ĵ. Adfinia remedia.

SI CAVTVM SIT.

Subdistinguitur.

Si nō rectè ut debet cautum sit,uide ĵ.Quid ueniat.

Si alieno nomine stipulatus est. l. 39. §. alieno.

Si dies cautioni insertus, finitus sit. l.4. in prin.l.15.in prin.

¶ *III. Quibus datur:*

Totum hoc,cui cauendum sit,cui non,subijciendum est iurisdictioni prætoris.l.3.§. qui damni.

De eo cuius nihil interest, & qui uicinas ædes non habet.l.13.§.qui damni.

De eo in cuius bonis & cuius periculo res est l.18.in prin.

De inquilinis & illorum uxoribus,alijsque qui cum illis morãtur.l.13.§.qui damni. uers.uicinis.

De patre & filiofamilias inquilino.l.21.

De domino, fructuario & superficiario. l.5. §.fi.l.13.§.& superficiarum.l.39.§.damni.lib.7.tt.1.l.7.§.unde etiam.

De creditore, cui uicinæ ædes pignori sunt obligatæ.l.11.

De emptore & uenditore uicini prædij. l. 18.§.emptor.l.38.in prin.

De eo qui à nō domino emit.l.11.§.idemq; etiam.l.13.§.& superficiarum.

¶ *IIII. Aduersus quos datur.*

De eo qui dominium ædiū uiciosarum sibi uindicat, & possessore.l.39.§.si dominus.

De domino mediarum ædium inter uiciosas & actoris ædes.l.13.§.cum inter.

De eo qui in rei possessionem missus est.l. 7.§.eius rei. l.15. §.si plures sint. uersic. quod si iam.§.si ante hoc decre.

De uno ex pluribus sociis eius prædij, ex quo damnū timetur. tt.3.l.11. §.officiū. uers.ut in actione.

De duobus,quorum alterum dominum prædij dicit actor,alterum non.l.21.§.fi.

De reliquis.uide paulò inferius, Quid ueniat. uers.si dominus.

¶ *V. Apud quem detur.*

De iurisdictione huius causæ municipali magistratui à prætore deleganda. l.1.l.4. in prin.§.duas ergo res.

¶ *VI. Quid ueniat in hanc actionem.*

¶ DE CAVTIONE PRAESTANDA.

1 *Quo cautionis genere cauendum.*

Vtrum repromittendum, an satisdandum.

DISTINGVITVR:

Si suo nomine cauet reus,promittere:si alieno,satisdare debet.l.7.in prin.l.30. §.qui autem de.

Si controuersia sit, utrum dominus sit reus nec ne,satisdabit sub exceptione.l.7.§.1. l.22.§.fin.l.31.§.fin.

Si dominus soli, superficiarius, usufructarius uel creditor, cui res pignori data est, cauere debet.l.9.§.quæsitum est, §. fin.l.10.l.11.

Si is qui rem à non domino emit, cauere debet.l.13.in prin.

Si is qui in possessionem missus est, cauere debet.l.7.§.eius rei.

Si de opere, quod in flumine publico ripaue eius fit cauendum est.l.7.§.de eo opere.l.15.§.deinde ait. lib.46. tt.5.l.1. §. item ex causa.

Si de ædibus cauendum est.ff.li.46.tt.5.l.1. item ex causa.

Si de eo quod fit in uia publica cauendum est.l.15.§.si quid in uia.

Si quid in alio loco publico fiat de quo cauẽdum.l.15.§.de cæteris.

Si quid in fundo meo aquæ ducendæ uel alterius seruitutis gracia fiat, de quo cauendum.l.30.

2 *Quid cauendum.*

Si alieno nomine quis stipulatur. l. 39. §. alieno.

Nomen successorũ adijcitur.l.24.§.adiicit.

Si plures stipulentur uel promittant.l.27.

An de loci uicio etiam sit cauendum.l.15.§. notandum.

De die stipulationi inserẽda.l.7.in prin.§. de eo opere.l. 13. §.fi.l.14.l.15. in prin.

Si in flumine publico ripave eius fiat, in annos decem cauendum.l.7.§.de eo opere. l.15.§.deinde ait.

Si in uia publica quid fiat, tempus à prætore determinandum.l.15.§.si quid in uia.

¶ *De missione in possessionem si non caueatur, vide infrà Euentus.*

¶ *VII. Adiuncta officia actoris.*

De iuramẽto calumniæ ab actore præstãdo. l.7.in prin.l.13.§.qui damni.§.si quis stipulaturus.usq; ad §.huic stipulationi.

De cauendo de rato à procuratore. l.39.§. alieno.

¶ *VIII. Adfinia remedia.*

Si antequam caueretur, ædes deciderint.l.6 l.7.§.unde quæritur.l.8.l.9.in prin.§.denique.l.44.in prin.

Si dum prætor de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit. l.15.§.eleganter quæritur.

Si cum iussus esset actor in possessionẽ ire, antequam eò ueniret, ædes corruerint. l. 15. §.si iam ruerint.l.44.in prin.

Si res aliena ui fluminis uel alio modo in fundum nostrum peruenerit, datur exceptio de damno præterito præstando si res repetatur.l.9.§.de his autem.usque ad §. quæsitum.

Si in publico loco opus fiat. l. 24. in princ. uers. quid ergo.

Si quis in subgrunda uel protecto id positũ uel suspensum habeat, cuius casus nocere possit. ff.lib.9.tt.3. l.5. § prætor ait. usque ad fi.legis.

Si usufructuarius ædes uitiosas, ex quibus proprietarius damnũ timet, non reficiat. l.18.§.ei cuius.uers.ergo nec.l.20.§.fin.

Locati & conducti actio.l.13.§.de illo quęritur. l.18. § ei qui.l.33.

Pignoraticia actio.l.34.

Si ex ædibus communibus quis damnũ metuat, uide supra memb. 11. uers.si ex ædibus communibus.

¶ *IX. Euentus huius actionis.*

De actione aduersus magistratum, si iniuncta à Prætore uel præside non curauerit: hoc est, si non curauerit caueri, uel in possessionem mitti, &c. l.4.§.in eum. usque ad fi. legis.

¶ *De missione in possessionem, si cautum non sit.*

1 *Causa ex qua quis damni infecti nomine in possessionem uitiosarum ædium sit mittẽdus.*

Si damni infecti nomine non caueatur. l.4. §.si intra diem.l.7.§.de eo opere, uer.eũ cui.l.9.§.integra.l.15.§. ex hoc edicto.

Distinguitur sequentibus modis:

Si pupillus uel absens sit qui nõ cauet.l.15. §.si pupillus.l.19. in princ.

Si de uectigalibus nõ caueatur.l.15.§.si de uectigalibus.

Si cautũ quidem sit, sed non in solidũ.l.23.

Si cautum quidem sit, sed dies cautioni insertus finitus sit.l.4.in prin. l.15. in prin.

Si postquam missus est in possessionem, cautio ei offeratur. uide j. Euentus.

Si ædes ruerint. l.15. §.si iam ruerant.

Si missus non accesserit, ędificiaq; ruerint. l.15. §.cum tamen.

Si metu ruinæ à possessione discesſit missus l.15.§.si quis metu.

Si alius damni infecti nomine in possessione sit, uide j.uers.prox.de pluribus.

Si alii res pignori sit obligata.l.12.

2 *Quot & qui mittendi.*

De pluribus.l.7.§.eius rei nomine. l.15. §. si plures sint.§.si ante hoc.l.40.§.fi.

De procuratore.l.39 §.alieno.uers.q; si ei.

De patre & filiofamiliâs.l.21.

3 *In quam partem mittendi?*

Vtrum in totum uel in partem mittendus sit? l.4.§.si intra diem.l.15.§. ex hoc edicto.usque ad §.si plures.§.cum autem.l. 38.§.si agri.lib.42.tt.4 l.1.

Si plures sint qui cauere debent & quidam caueant.l.5.§.1.

4 *Pro qua parte quisque sit mittendus si plures mittantur.*

l.5.§.& contrà si.l.15.§.cum autem plures.l.40.§.si.

5 *A quo mittendi?*

De magistratu municipali.l.4.§.duas ergo.

6 *Antecedentia missionem.*

Prius absenti domum denuntiari oportet.l.4.§.prætor ait.usq; ad.§.in eum.

7 *Euentus & iura missi.*

Vt missus admittatur, & de actione si non admittatur.l.4.§.an tamen is qui.l.7.§.in eũ qui.l.15.§.si l.16.l.17.in prin.usq; ad.§ si.l.18.§.si pupillus. usq; ad §.fin.

Missus potior est his qui rem pignori acceperunt.l.12.

Non possidet missus, sed magis custodiam rerum & obseruationem debet.ff.lib.42.tt.4 l.12.

De iubendo possidere eum qui in possessionem missus est:& de usucapione rei.l.4.§ si fortè.l.5.in prin.l.7.§.eum cui ita.l.15.§.Iulianus scribit.§.si ante.§.non autem statim. usque ad §.si qua sint.§.si de uectigali.

Vtrum dominus de possessione decedere debeat? l.4.§.si fortè duretur.l.15.§.si ante.§.si quis autem.§.ubi autem.

Ius quod habuit is qui de damno infecto satisdare potuit, non potest persequi aduersus eum qui missus est.l.15.§.si qua sint.§.si de uectigalibus.uers. sed decernendum l.9.§.fin.

Is qui missus est fulcire & reficere insulam debet,& de culpa ab eo præstanda.l.15.§.si quis damni.

An possit opus destruere.l.45.uersic. non quidem.

De decedendo à possessione si cautio fuerit oblata.l.4.§.si fortè.uers. item ut l.15.§.item uideamus.usq; ad §. si quis metu.

De sumptibus,quos fecit, decedenti restituendis.l.15.§.cum igitur plures.§.item uideamus §.illud quæritur.§.si iam ruerint uers.proinde.l.38 § si.l.39.§.fin.l.l.44.§.damni.l.46.

¶ DE ACTIONE, SI CAVTVM SIT.

¶ I. *Causa ex qua datur.*

Si damnum datum sit.l.24.§.quanquam.

DISTINGVITVR:

1 *Ex specie damni dati.*

Si luminibus ædium officiatur.l.25.

Si promissor dominiũ rei usucepit.l.18.§.i.

De reliquis uide ĩ.quid ueniat.uersi. de reliquis.

2 *Ex tempore quo datum est.*

Si post diem stipulationi insertim accidit.l.4.in prin.l.15.in prin.§.si quis igitur.l.18.§.Sabini.

Si dies stipulationi insertus non sit.l.13.§.fin.l.15.in prin.

Si tempore operis uel postea factum sit.l.14.in prin.uers.sed quod dictum.

Si antè uel postquam res ei qui stipulatus est,tradita est.l.18.§.emptor.

3 *Ex causa & modo facti: item ex persona facientis.*

Si uitio loci, non operis accidat. uide s̃.in prin.huius cap uers.si à uitio loci.

Si extrinsecus aliquo fortuito casu acciderit.l.24.§.uitium.usq; ad §.quanquam.§.Cassius.usq; ad §.fin.l.43.in prin.

Si cum furni nomine cautum esset, furnarij culpa damnum datum sit.l.24.§.præterea.

Si alius quàm is qui promisit,fecit.l.24.§.quanquam.uers.sed si.

Si ab eo factum sit, quem promissor prohibere non potuit l.24.§.quanquam.

Si promissor suo iure quid fecit, quo damnum datum est.l.18.§.1.l.24.§.fin.l.26.

Si in domo mea puteum aperio, quo aperto uenæ tui putei præcisæ sunt uel paries tuus stare non possit.l.24.§.fin.l.26.uers.aut si in uicino.

Si ob cõmunis parietis demolitionem damnum datum sit.l.5.cum duab.ll.sequentibus.

Si communis parietis uitio quid accidit.l.39.in prin.l.40.§.1.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si in ea re quam stipulator post stipulationem comparauit, damnum datum sit.l.18.§.si is qui uici.

Si de damno præstando non sit cautum, uide s̃.membr.8.

Si is cum quo actum est, prædium alienauit.l.17.§.fin.

¶ II. *Quibus datur:*

De

Differt hæc condictio a certi condictiobe: quòd certi condictione etiam numerata pecunia petitur, hac autẽ omnes res præter pecuniam numeratam. l. 1. in prin.

Hac condictione petuntur omnes res quæ pondere, numero, mensura cõstant. item res mobiles & immobiles, ut fundus: itẽ ususfructus, seruitutes, &c. l. 1.

Si rem suam quis petat, an cõpetat. l. 1. §. fi.

Si quis de fundo ui sit deiectus, an competat, & quid in ea ueniat. l. 2.

De æstimatione in hac condictione facienda. l. 3. l. 4.

FINIS LIBRI DECIMIQVINTI.

DE OBLIGATIONIBVS QVAE RE CONTRAHVNTVR.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

DE MVTVO ET EIVS CONDICTIONE. Inst. lib. 3. tt. 15. ff. lib. 12. tt. 1. C. lib. 4. tt. 2. Cap. I.

¶ DE MVTVO.

Etymologia mutui. Inst. in prin. ff. l. 2. §. appellata. lib. 44. tt. 7. l. 1. §. re contrahitur. Differentiæ mutui a credito & propria. Inst. in prin. ff. l. 2. l. 3. §. fin.

Differentia mutui a commodato. Inst. §. itẽ is cui res. ff. l. 2. in prin. ff. lib. 44. tt. 7. l. 1. §. is quoque cui rem.

Euentus transfertur dominium rei a dante in accipientem: uide paulo superius uers. Etymologia.

De periculo rei mutuo datæ, uide j. uers. Si res perierit.

Datur hinc certi conditio. Inst. in prin. uers. & ex eo contractu.

¶ *De certi condictione ex mutuo.*

¶ I. *Causa ex qua datur.*

Si mutuum datum sit, uel creditum.

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona credentis, seu mutuum dantis.*

De non domino, uide j. uers. Si alienam pecuniam, &c.

De fure. ff. l. 13. in prin.

De uno sociorum credente, uide j. uers. Si pecuniam communem.

De seruo. ff. l. 2. §. in mutui. l. 11. §. si fugitiuus. l. 13. §. fin. l. 41.

De filiofamilias. ff. l. 2. §. in mutui. l. 17.

De pupillo. ff. l. 19. §. si pupillus.

De furioso. ff. l. 12. lib. 44. tt. 7. l. 23.

De ijs qui prouincias regũt, & ijs qui circa

cos

eos sunt.ff.l.33.l.34.in prin.C.l.3.

De alio alterius nomine credente, uide j. Quib.competat.

2 *Ex persona eius cui creditur.*

Si filiofamilias credatur. hinc oritur exceptio senatuscōsulti Macedoniani, de qua j.cap.prox.

Si pupillo.ff.lib.47.tt.7.l.58.li.44.tt.4.l.4.§.si quis pupillo.lib.46.tt.3.l.95.§.aditio.ibi:aliquando.

Si perdituro pecuniam quis sciens credidit. ff.lib.17.tt.1.l.12.§.si adolescens.

Si debitori, qui consilium fraudandorum creditorum iniit.ff.lib.42.tt.6.l.10.

Si præsidi prouinciæ.ff.l.34.§.fin.

Si iudici.C.l.16.

3 *Ex re credita.*

De iis quæ pondere, numero & mensura constant. Inst. in prin. ff.l.2.§.mutui datio.§.creditum.lib.44.tt.7.l.1.§.re contrahitur.

Si alienam pecuniam credidit.ff.l.2.§.in mutui.l.12.§.fin.l.13.§.unde Papinianus.l.19.§ fin. lib.44.tt.7.l.23.§.item si alienam.C.l.2.l.4.l.7.

Si pecuniam communem credidit.ff.l.13.§.fin.l.16.lib.46.tt.3.l 94.in prin.

Si pecuniam,quā à pupillo inutiliter in creditum uel solutum accepit.ff.l.19.§.fin.

Si hæres rem legatam crediderit.ff.l.8.§.1.

De reliquis,uide sequentia Ex modo.

4 *Ex modo quo contrahitur mutuum, & antecedentibus.*

De nuda pactione.ff.lib.17.tt.1.l.34.in pr.

Si tibi pecuniam mutuam roganti, aliam rē dederim, ut ea distracta pecunia utereris.ff.l.11.in prin.lib.17.tt.1.l 34.in pr. uers.his argumentum esse.lib.19.tt.5.l.20.in prin.C.l.8.

Si debitore meum tibi iussero dare, uel ab eo accipere.ff.l.15.in princi.l.32.lib.17.tt.1.l.34.in prin.

Si pecuniam,quam mihi ideo ut tibi crederem donasti,credam.ff.l.20.

Si deposita res sit hoc modo, ut si uelit ea utatur,uel si tibi rem apud te depositam in mutuum concedam.ff.l.9.§.fin.l.10.lib.17.tt.1.l.34 in prin.

Si conuenit ut eam pecuniam quam mihi debes,crediti nomine retineas.ff.l.15.§.fin.lib.17.tt.1.l.34.in prin.C.l.6.

Si debitor pecuniam,quam mihi ex alia causa debet,scripsit se mutuam accepisse,uel in creditum accepturum, & debiturum cum usuris.ff.li.17.tt.1.l.34.in pr.C.l.6.

Si error interueniat, & ex alia causa detur, ex alia accipiatur.ff l.18.

Si cum mutuum rogantem a debitore meo stipulari iusserim,ille se a Titij debitore stipulari putet.ff.l.32.

Omnia quæ stipulationi inseri possunt, eadem & numerationi pecuniæ.ff.l.7.

Si sub cōditione credatur. ff.l.7.l.8.in prin.

Si illicitas usuras sorti miscuit. ff.lib.22.tt.1.l.20.

Si pro pecunia uinum reddi stipulatus sit, uel aliam rem non eiusdem generis.Inst. in prin.ff.l.2.in prin.l.3.§.fi.lib.44.tt.7.l.1.§.re contrahitur.C.l.5.§.fi.

Si inutiliter reddi stipulatus sit.ff.lib.45.tt.1.l.126.§.superest.lib.12.tt.1.l.9.§.quoniam igitur.usq; ad §.si nummos.l.41.§.quòd si stipulatus.C.lib.8.tt.38.l.3.

5 *Ex euentu & consequentibus.*

Si ex meo tuum non fiat, uide s. in prin.cap. uers.Etymolo.

Si instrumentum crediti a tribus non sit subscriptum.C.l.17.

Si plurium obligationes uno instrumento sint conceptæ.C.l.10.

Si pecunia non sit numerata.ff.l.2.§.itē mutuum.l.30.

Si res perierit, cuius periculum sit. Inst.§.item is cui.ff.l.4.in prin.l.9.§.fi.l.11.in prin.l.35.lib.44.tt.7.l.1.§.is quoq; cui. lib.25.tt.2.l.17.§.non solum.C.l.11.

Si res restituta sit. Subdistinguitur: Si non æquè bona,uel deterior sit restituta.ff.l.3. Si alia non eiusdem generis: uide paulo superius uers.Si pro pecunia uinum, &c.

6 *Ex reliquis contingentibus.*

Si cum quis pecuniam ab alio accepisset, ut alij eam mutuò daret,mortuo demum eo dedit.ff.l.41.§.nam etsi tibi.

SUBDISTINCTIO GENERALIS.

Si creditū sit inutile,ita ut nō condictio, sed ad exhibendū actio, & rei uindicatio cōpetat:an consumpta pecunia cōpetat condictio.ff.l.11.§.fi.l.12.§.fi.l.13.l.14.l.18.l.19.§.si pupillus.usq; ad fi.leg tt.6 l.29.

¶ *II. Quibus competit?*

De eo qui credidit,& eo cuius nomine credidit.ff.l.2.§.in mutui.uerſ.id enim tale. l.9.§.ſi nũmos.li.45.tt.1.l.126.§.planè ſi liber.C.l.4.li.4.tt.27. l.2.li.8. tt.38.l.3.

De eo qui credidit, & eo cuius pecunia credita eſt.C.l.2.uide s̃.Ex re credita.uerſi. Si alienam pecuniam.

De domino cuius ꝓcurator credidit.ff.l.26.

De ſeruo hærede credente, & eius cohæredibus.ff.l.41.

Si ſeruus communis crediderit. ff.lib.45.tt. 3.l.1.§.ſi ſeruus.

¶ *III. Aduerſus quos datur?*

De alio,ſi alij pecunia ſit numerata.C.l.5.

De domino rerum, in quas alius pecuniam mutuam ſumpſit.C.l.13.

De eo ad quem pecunia peruenit. C.l.15. tt.10.l.13.

De ciuitate,& actore qui contraxit.ff.l.27.

De eo qui inſtrumento mutui ſubſcripſit. C.l.14.

¶ *IIII. Quid ueniat in ea?*

De re reſtituenda non eadem, ſed alia eiuſdem generis: uide s̃.uerſ.Si pro pecunia uinum,&c.

De uſuris.ff.l.40.li.19.tt.5.l.25.C.l.6.l.8.

Si decem dedero,& conuenit ut plus uel minus debeas.ff.l.11.§.ſi tibi decem. lib.2. tt.14.l.17.in prin.

Si unus ſociorum, uel eorum qui mutuum dederunt,agat.l.13.§.ſi ſeruus.C.l.9.

Cuius temporis æſtimatio facienda.ff.l.22. in prin.lib.13.tt.3.l.3.l.4.in prin.

Cuius loci precium ſequendum. ff.l.22.§. ſi.lib.13.tt.3.l.4.§.ſi.

¶ *V. Quando detur?*

Si pecunia depoſita uti depoſitariũ permiſerit: an antequã mota ſit pecunia, uel ea ſit uſus,tãquã mutus cõdici poſſit?ff.l.9. §.ſi.l.10.li.16.tt.3.l.1.§.ſi pecunia apud.

Si conuenit ut quandiu uſuræ ſoluerentur, ſors non petatur.ff.lib.2.tt.14.l.4. §.fin.

Si in futurum uſuras a debitore acceperit. ff.lib.2.tt.14.l.56.in prin.

¶ *VI. Adfinia remedia.*

Ex ſtipulatu actio.ff.lib.45.tt.1.l.126.§.ſupereſt.

Actio negociorum geſtorum. C. libr.8. tt. 38.l.3.

Extraordinarium iudicium.ff.l.17.

DE EXCEPTIONE SENATuſconſulti Macedoniani ff.lib. 14. tt. 6.C.lib.4.tt.28. Cap. II.

¶ *I. Ratio & uſus huius exceptionis.*

ff.l.1.in prin.l.3.§.is autem ſolus. uerſi. nam pecuniæ.

¶ *II. Cauſa ex qua datur.*

Si filiofamilias pecunia mutua data ſit, datur aduerſus agentem ex mutuo hæc exceptio.ff.l.1.in prin.C.l.6.

DISTINGVITVR:

1 *Ex pſona eius cui pecunia mutua data eſt.*

Si in pendenti ſit an ſit filiusfamilias, utputa patre eius apud hoſtes exiſtente.ff.l.1. §.ſi pendeat.l.7.§.ſed etſi patris.

Si publicè paterfamilias credebatur, & ea quæ ſunt patrisfamilias agebat. ff.l.3. in prin.C.l.2.

Si patremfamilias ſe eſſe ſimulauit, uel finxit.ff.lib.42.tt.1.l.10.lib.44.tt.4.l.4. §. contra ſenatuſconſ.

Si inſtitor ſit.ff.l.7.§.interdum.

Si in dignitate poſitus ſit,ut conſul, &c. ff.l. 1.§.fin.

Si miles ſit.C.l.7.§.ſin autem miles.

Si caſtrenſe peculium habeat.ff.l.1.§.ſi.l.2.

Si filiæfamilias creditum ſit.ff.l.9.§.hoc ſenatuſconſult.

Si nepoti uel pronepoti creditum ſit.ff.l.14. C.l.6.

2 *Ex perſona eius qui mutuã pecuniã dedit.*

Si neſciuit,aut neſcire potuit,illum filiumfamilias eſſe. ff.l.3. in prin. l.7.§.non ſolum ei.§.item ſi duos.l.19.C.l.1.

Si pupillus uel minor uigintiquinque annis fuerit.ff l.3.§.proinde & in eo.lib.22. tt. 6.l.9.§.hac ratione.

Si filiusfamilias crediderit. ff.l.3.§.quemadmodum ipſe.

Si ciuitas crediderit.ff.l.15.

Si libertus in fraudem patroni credidit. ff. libr.38. tt.5. l.6. cum duabus ll.ſequentibus.

3 *Ex cauſa propter quam mutuam pecuniã accepit.*

Si in neceſſarias cauſas. ff.lib.46. tt.3. l.47. §.fin.

Si

Si in eam rem accepit, quæ patris oneribus incumbit. C. l. 2.

Si in id acceperit, ut pro sorore in dotem daret. ff. l. 7. §. sed si filiusfam. l. 17.

Si pro filia in dotem dedit. ff. lib. 23. tt. 3. l. 5. §. si filiusfamilias.

Si legationis, uel studiorum causa, uel ad alios necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, acceperit. ff. l. 7. §. quod dicitur. C. l. 5.

De reliquis causis, uide paulo inferius Ex consequentibus.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si patris consensu uel iussu crediderit. ff. l. 7 §. interdum. l. 12. l. 14. C. l. 2. l. 4. l. 5. §. fin.

Si fideiussor uoluntate patris intercesserit pro filio. ff. l. 9. §. sed si non.

Si sciente patre crediderit. ff. l. 7. §. interdũ. uers. nam si scit.

Si aliam rem quàm pecuniam crediderit. ff. l. 7. §. mutui.

Si sine usuris crediderit. ff. l. 7. §. siue autem sub.

Si aliàs cõtraxit, puta uendidit, locauit, &c. ff. l. 3. §. is autem.

Si aliquid mercatus filiusfamiliàs, precium cum usuris uenditori promisit. C. l. 3.

Si filiusfamiliàs fideiusserit pro eo qui mutuum sumpsit. ff. l. 7. in prin.

Si quod alij mutuum dedimus, à filiofamiliàs nouandi animo stipulamur. ff. l. 13.

Si antea à patrefamiliàs stipulatus sit, & filiofamiàs crediderit. ff. l. 6.

Si à filiofamiliàs stipulatus sit, & patrifamiliàs facto crediderit. ff. l. 3. §. fi. l. 4. l. 5.

5 *Ex consequentibus.*

Si pecuniam in rẽ patris uertit. ff. l. 7. §. proinde si accep.

Si in solutum dederit. ff. l. 7. §. penult.

Si patri in proprium debitum soluit. ff. l. 7. §. proinde si. uers. non tamen uertisse.

Si ornamenta ea pecunia comparauit. ff. l. 9. §. hoc senatuscon.

Si arrogatus postea restitutus sit ut emanciparetur. ff. l. 1. §. certè etsi orrogatus.

Si pater mortuus sit, uel in ciuitate esse desierit. ff. l. 1. in prin. l. 7. §. sed etsi patris.

Si postea in alterius potestate filius esse incipiat. ff. l. 7. §. si filiusfamiliàs.

Si paterfamiliàs factus debitum agnouit. C. l. 2. Si partem debiti soluit. ff. l. 7. §. fin. Si pignus dedit. ff. l. 9. ĩ prin. Si nouatione facta pecuniã expromiserit. ff. l. 20. C. l. 2.

Si ad patrem literas emisit ut pecuniam solueret, nec pater testationem contrariæ uoluntatis interposuit. ff. l. 16.

Si pater ratũ habuit, & partem debiti soluit. ff. l. 7. §. si filiusfamil. accip. C. l. 7. ĩ prin.

Si solutũ sit ex hac causa, an repeti possit: uide locũ De conditione indebiti. j. lib 24.

Si non opposita hac exceptione condemnatus sit ff. l. 11.

Si numi adhuc extẽt in peculio. ff. l. 9. §. hoc senatusc.

¶ *III. Quibus competit hæc exceptio?*

De filio sui iuris facto. uide s̃. uers. Si pater mortuus., &c.

De patre. ff. l. 7. §. quanquam. l. 9. §. non solum. C. l. 6.

De eo in cuius potestate postea est. ff. l. 7. §. si filiusfam.

De hærede filij. ff. l. 7. §. quanquam.

De eo qui filiumfamilias institorem fecit. ff. l. 7. §. interdum.

De fideiussore & mandatore. ff. l. 7. §. idẽ ait. l. 9. §. non solum. l. 18.

De reo promittẽdi. ff. l. 7. §. idem ait. §. item si duos.

¶ *IIII. Aduersus quos competit exceptio?*

De successoribus creditoris. ff. l. 7. §. nõ solũ.

De eo qui stipulatns est alio credente. ff. l. 7. §. non solum.

DE COMMODATO, ET EIVS actione. Inst. lib. 3. tt. 15. §. item is cui. ff. lib. 13. tt. 6. C. lib. 4. tt. 23. Cap. III.

¶ DE COMMODATO.

¶ 1 *Differẽtiæ inter mutuũ & cõmodatũ.* Inst. §. itẽ is cui. ff. lib. 12. tt. 1. l. 2. in prin. lib. 44. tt. 7. l 1. §. is quoq;. Inter commodatum & utendum datum. ff. l. 1. § 1.

¶ 2 *Propria.*

Plerunq; solam utilitatem continet eius cui commodatur. ff. l. 5. § commodatum.

Sicut uoluntatis & officij magis est, quàm necessitatis, commodare: ita modum commodati, finemq; præscribere eius est, qui beneficium tribuit. ff. l. 17. §. sicut.

¶ 3 *Euentus.*

Rei commodatæ & ꝓprietatem & possessionem retinemus. Inst. §. itē is cui. ff. l. 8. l. 9.

Commodati actio hinc nascitur tam directa quàm contraria. Inst §. item is cui. ff. l. 1. in prin. l. 17. §. sicut. uers. geritur.

¶ 4 *An sit utile commodatum, & hinc nascatur actio.*

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona commodatoris.*

De prædone & fure. ff. l. 16. lib. 5. tt. 1. l. 64.

De seruo. ff. l. 14. De seruo hæreditario. ff. li. 44. tt. 7. l. 15. §. fin. C. tt. 34. l. 9.

2 *Ex persona commodatarij.*

De seruo & filiofamilias. ff. l. 3. §. si filiofamilias.

De furioso. ff. l. 2.

De pupillis & impuberibus. ff. l. 1. §. fin. l. 3. in prin.

Si libero homini, qui mihi bona fide seruit, commodem. ff. l. 13. §. si libero.

3 *Ex re quæ commodatur.*

De re soli. ff. l. 1. §. inter commodatum.

De habitatione. ff. l. 1. §. Viuianus. lib. 19. tt. 5. l. 17. in prin.

De re quæ usu consumitur. ff. l. 3. §. fi.

De pecunia. ff. l. 4.

De re aliena. ff. l. 15. l. 16. lib. 5. tt. 1. l. 64.

4 *Ex causa & modo commodati.*

Si sui causa quis commodet, uide ĵ. uers. Si sua causa commod.

Si dedi ut eam creditori tuo pignori dares, uel ego pro te tua uolūtate pignori dedi. ff. l. 5. §. nunc uidend. in quibus. C. l. 3.

Si rem inspiciendam dedi, uel experiundi causa. ff. l. 10. §. si rem. l. 13. §. 1. lib. 19. tt. 5. l. 18. in prin.

Si mercede interueniente non gratuitò res data sit. Inst. §. commodata. l. 5. §. nunc uidend. in quibus.

Si alter alteri boues, uel seruos inuicem per aliquot dies commodauerit. Inst. lib. 3. tt. 25. §. præterea. ff. lib. 19. tt. 5. l. 18. §. si cum unum. l. 26. in prin.

¶ *De commodati actione.*

1 *Causæ ex quibus datur.*

Si re commodata aliter quàm accepit utatur. ff. l. 5. §. quinimò. lib. 44. tt. 7. l. 33. §. si is cui rem. lib. 47. tt. 2. l. 78. in prin.

Si rem deteriorem fecerit. ff. l. 3. §. 1. l. 10. in prin. l. 18. §. siue autem l. 23.

Si in codice, quem tibi commodaueram, debitorem tuum tibi cauere feceris. ff. l. 5. §. §. quinimò.

Si damnum in re ab alio datum sit. ff. l. 19.

Si seruus commodatus fugerit. ff. l. 5. §. custodiam. §. si me roga. l. 18. in prin.

Si res perierit, uel ablata sit, & seruus mortuus. Inst. §. item is cui. ff. l. 5. §. quod uerò senectute. §. sed interdum & mortis. §. si me rogaueris. §. si de me petisses. li. 44. tt. 7. l. 1. §. is quoque cui.

Si rem, quam pro te pignori dedi, non repignoras ut mihi reddas. ff. l. 5. §. nunc uidendum in quib. usque ad §. Si me rogaueris. C. l. 3.

Si rem non restituit. C. l. 2.

Si in eo loco uel tempore, quo ut restitueretur conuenit, nō restituit. ff. l. 5. in prin. C. l. 2.

De reliquis causis, uide Distinctiones sequentes.

DISTINCTIONES GENERALES.

¶ I. *Ex causa & modo facti.*

1 *De dolo.*

Si dolo fecit, tenetur. ff. l. 5. §. nunc uidendum est.

DISTINGVITVR:

Si pactum factum sit, ne dolus præstetur. ff. l. 17. in prin.

2 *De culpa.*

Si culpa cōmodatarij factum sit, tenetur. ff. l. 5. §. nunc uidendū. uers. commodatum.

Si non exactam diligentiam, qualem bonus paterfamilias suis rebus præstare solet, præstiterit. Inst. §. item is cui. ff. l. 5. §. custodiam. l. 18. in prin. lib. 44. tt. 7. l. 1. §. is quoque cui.

Distinguitur sequentibus modis:

Si conuenit ut solus dolus præstetur. ff. l. 5. §. interdum.

Si sua causa commodauerit. ff. l. 5. §. interdū. l. 10. §. 1. l. 12. in prin.

Si utrinsq; causa commodauit. ff. l. 18. in pr. uers. hoc ita.

Si rem inspiciendam dedit. ff. l. 10. §. 1.

Si ultrò commodauit. ff. l. 5. §. interdū. uers. uel ipsi prætori.

3 *De casu & ui maiore.*

Si incursu hostium, prædonumve, naufragio,

gio, ruina, incendio, morte, uel alio casu fortuito res perierit, non tenetur. Inst. §. item is cui. ff. l. 5. §. commodatũ. uerſ. etsi fortè res. §. quod uerò senectute. l. 18. in prin. C. l. 1. in prin.

Distinguitur sequentibus modis:

Si culpa præcesserit, ut si quod tibi domi cõmodatum est, peregrè tecum ferre malueris, uel quasi amicos ad cœnam inuitaturus argentum, quod in eam rem utendum acceperis, peregrè proficiscens tecum portaueris: uel re aliter quam accepisti usus sis, & inde in eum casum res inciderit. Inst. §. ac is qui utendum. uer. si modo nõ ipsius. ff. l. 5. §. quod uerò senectute. §. sed interdum & mortis. l. 18. in prin. lib. 44. tt. 7. l. 1. §. is quoque cui. uerſ. sed & in maioribus.

Si seruum rectorem tibi commodauero, & ille de machina, in qua operabatur, conciderit, idq; propter machinam parum diligenter colligatam, &c. ff. l. 5. §. sed interdum & mortis.

Si dum res refertur, perijt. ff. l. 10. §. fi. l. 11. l. 12. l. 20.

Si cum posset commodatarius res commodatas saluas habere, suas prætulit. ff. l. 5. §. quod uerò. uerſ. proinde etsi.

Si res æstimata data sit. ff. l. 5. §. commodatũ. uerſ. etsi fortè res.

Si conuenerit ut omne periculũ pręstet commodatarius. C. l. 1.

4 *De reliquis causis.*

Si senectute uel morbo accidat. ff. l. 5. §. quod uerò senectute.

Si iure compensationis commodatum retinet ff. l. 18. §. fin. C. l. 4.

Si creditor rem pignori acceptam nolit restituere. ff. l. 5. §. idem Labeo rectè.

2 *Ex persona facti.*

Si alius faciat, non commodatarius. ff. l. 19.

Si pater uel dominus eius cui commodata res est, fecit. ff. l. 3. §. sed non tantum.

Si seruus commodatoris rem subripiat. ff. l. 5. §. si me rogaueris. l. 21. §. in exercitu. lib. 47. tt. 2. l. 55. §. 1.

Si seruus commodatarii subripuit. ff. lib. 47. tt. 1. l. 55. §. quod si seruus tuus.

3 *Ex re in qua, & circa quam factum est.*

Si in re quę commodatum sequitur. ff. l. 5. §. usq; adeò.

Si seruus cum lance commodatus sit, an & de lance teneatur. ff. l. 5. §. si me rogaueris.

4 *Ex tempore facti.*

Si dum res ad cõmodatarium perfertur, periit. ff. l. 20.

Si dum refertur. ff. l. 10. §. fin. l. 11. l. 12.

Si tempore commodati finito, tu & sequẽti die commodatum rogares: ego autem cũ rem commodè referre non possem, apud te eam reliquerim, eaq; tunc reperiit. ff. l. 5. §. si de me petisses.

5 *Ex antecedentibus.*

Si pupillo res sit commodata. ff. l. 1. §. fi. l. 3.

De reliquis, uide s. memb. 4. An commodatum sit utile.

6 *Ex consequentibus.*

Si cum altero actum sit, uel alia actione. ff. l. 5. §. fin. l. 7. §. fi. l. 18. §. siue autem. Inst. li. 4 tt. 1. §. quæ de fullone. C. li. 6. tt. 2. l. 22. in prin. usq; ad §. sed cum in.

¶ *II. Quibus datur?*

De prędone & fure qui commodauit. ff. l. 16 lib. 1. tt. 1. l. 64.

¶ *III. Aduersus quos datur?*

De domino, patre, & ipso filiofamilias. ff. l. 3. §. si filiofamil.

De hæredibus. C. l. 3. Vide insuper j. Quid ueniat.

De altero ex duobus quibus cõmodata res est, uide j. Quid ueniat.

¶ *IIII. Quid ueniat in ea?*

De eo quod interest. ff. l. 3. §. si reddita. lib. 5. tt. 1. l. 64.

Quanti res est tempore rei iudicatæ. ff. l. 3. §. in hac actione.

Quãti in litem iuratur. ff. l. 3. §. in hac actio. lib. 5. tt. 1. l. 64.

De lucro quod occasione rei commodatæ accepit. ff. l. 13. §. si quem questum. C. lib. 6. tt. 2. l. 22. §. sed cum.

De fructibus. ff. lib. 22. tt. 1. l. 38. §. si possessionem.

Hæres utrum in solidum an pro parte teneatur. ff. l. 3. §. hærer. l. 17. §. si ex facto.

Si duo rem commodatã acceperint, an uterque in solidum teneatur, uel pro parte. ff. l. 5. §. si duabus. l. 7.

Si altera res ex duab. uel singulę rei partes petun-

petuntur.ff.l.17.§.duabus.

Si seruus cum lance cõmodatus est, de lance quoque tenetur.ff.l.5.§.si me roga.

¶ *V. Quando detur?*

Si intempestiuè usum rei commodatæ auferat.ff.l.17.§.sicut autem.

¶ *VI. Adiuncta, seu de probatione.*

Si quis dicat se ad certum tempus commodasse.C.l.2.

¶ *VII. Euentus.*

Si actor litis æstimationem oblatam suscepit, rem offerentis facit: & de cautione eius nomine ab actore præstanda. ff.l.5.§.1.l.13.in prin.l.17.§.fi.

De cedendis actionibus condemnato.ff.lib.42.tt.1.l.12.

De actione furti reo danda.ff.l.5.§.fi.l.6.l.7.in prin.l.10.§.1.C.lib.6.tt.2.l.22.

¶ *VIII. Adfinia remedia.*

Actio locati, conducti, & in factum. Inst.§.commodata.ff.l.5.§.nunc uidendum in quibus.

Mandati.ff.l.5.§.nunc uidendum in quib.

Præscriptis uerbis.ff.lib.19.tt.5.l.17.in pr.

Ad exhibendum, & rei uindicatio.ff.l.2.

Furti, & condictio furtiua.ff.l.5.§.quinimò, usque ad §.usque adeò.l.14.lib.13.tt.1.l.16.lib.44.tt.7.l.33.§.si is cui rem.lib.47.tt.2.l.55.§.quòd si seruus tuus.

Actio legis Aquiliæ.ff.l.7.§.fin.l.18.§.siue autem.lib.44.tt.7.l.33.§.fi.

Actio de peculio, & in ipsum filiumfamilias ff.l.3.§.si filiofamiliàs.usque ad §.fi.

¶ *De contraria commodati actione.*

¶ 1 *Ratio huius actionis.*

ff.l.17.§.sicut.uers.geritur enim.l.18.§.fi.

¶ 2 *Causæ ex quibus datur.*

Si impensas in rem fecerit commodatarius. ff.l.18.§.possunt.

Si rem uitiosam commodauerit.ff.l.17.§.sicut, uers. aut etiam sciens. l.18. §.item qui sciens.

Si seruus commodatus commodatario furtum fecerit.ff.l.22.lib.47.tt.2.l.63.§.circa commodatum.lib.13.tt.7.l.31.§.fin.

Si commodator uel seruus eius rem commodatam abstulerit.ff.l.21.lib.47.tt.2.l.55.in prin.

Si cum mihi codicem commodasses, in quo chirographarius debitor mihi cauit, tu id deleueris.ff.l.5.§.quinimò.

Si intempestiuè usum rei commodatæ auferat.ff.l.16.sicut.

Si commodatarius pro re perdita precium dedit, & res deinde in commodatoris potestatem perueniat.ff.l.17.§.fi.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si principalis actio non mouetur.ff.l.7.§.1.

¶ 3 *Quid ueniat?*

De re & precio dato.ff.l.17.§.fi.

¶ 4 *Adfinia remedia.*

De compensatione opponenda.ff.l.18.§.fi.C.l.4.

De furti actione.ff.l.21.l.22.

DE DEPOSITO, ET EIVS Actione. Inst.lib.3.tt.15.§.præterea. ff.lib.16.tt.13.C.lib.4.tt.34. Cap. IIII.

¶ DE DEPOSITO.

¶ *I. Definitio.*

ff.l.1.in prin.

¶ *II. Euentus.*

Proprietas & possessio apud deponentẽ manet.ff.l.17.§.fi.

¶ *III. An sit utile depositum, & inde nascatur actio?*

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona deponentis.*

Si alius non dominus deponat. C.lib.3.tt.42.l.8.

Si prædo uel fur deponat.ff.l.1.§.si prædo.l.31.§.incurrit.usque ad fi.leg.lib.5.tt.1.l.64.

Si reus iudicii publici postea deportatus deponat.ff.l.31.in prin.

Si seruus deponat.ff.l.1.§.si seruus.§.nõ solum.§.si seruus.l.33.

Si seruus hæreditarius deponat.ff.l.1.§.itẽ si seruus. lib.44.tt.7 l.15.§.fi.C.l.9.

Si is qui mihi bona fide seruit, deponat.ff.l.1.§.non solum.

2 *Ex persona eius apud quem deponitur.*

Si pupillus sit.ff.l.1.§.an in pupillum.

Si filiusfamiliàs sit.ff.l.1.§.filium famil.

Si seruus sit. ff.l.1.§.si apud seruum.§.filium fami.

Si iussu eius apud quem deponere uolebã, apud alium deposui. ff.l.1.§.idẽ Põpon.

3 *Ex re deposita.*

Si res aliena, uide s. Ex persona deponētis.

Si res depositarii. ff. l. 15. l. 31. §. si tamen ignorans. usque ad fi. legis.

Si res quam depositario dotis nomine inutiliter dedit. ff. l. 27.

4 *Ex causa & modo.*

Si sequestrationis causa deponat. ff. l. 5. §. in sequestrum. l. 6.

Si sponsionis causa annulus datus sit, ut eũ uictori reddat. ff. lib. 19. tt. 5. l. 18. §. fi.

Si pecuniam apud te deposui, ut eam Titio, si puerum meum reduxisset, dares. ff. lib. 19. tt. 5. l. 19.

Si iussu eius apud quem deponere uolebã, apud alium deposui. ff. l. 1. §. idem Pomp.

Si merces interueniat. ff. l. 1. §. si uestimenta. §. si quis seruum.

Si ego quasi deponẽs rem tibi dedi, tu quasi mutuam accipias. ff. lib. 12. tt. 1. l. 18.

5 *Ex specie & forma deponendi.*

Si commendat. ff. l. 24. lib. 50. tt. 16. l. 186.

Si mandauero alicui ut rem meã ab alio acceptam custodiat. ff. l. 1. §. idem Pomp.

Si te rogauero, ut rem meam ad aliquẽ perferas, qui eã seruet. ff. l. 1. §. si te rogauero.

Et nisi ille recipiat, tu custodias. ff. l. 1. §. q si rem tibi.

Si res puellæ oblatas, pater eius suscipiat. ff. l. 25. in prin.

Si seruum in pistrinum coniiciat custodiendum. ff. l. 1. §. si quis seruum.

Si uestimenta balneatori dedit ad seruandũ ff. l. 1. §. si uestimenta.

6 *Ex consequentibus.*

De instrumento conficiendo, & testibus adhibendis. Nouell. c. 73. §. si quis igitur.

Si is q deposuit sit deportatus. ff. l. 31. in pr.

SI RES RESTITVTA SIT.

Subdistinguitur sequentibus modis:

Ex persona eius cui restituit.

Si alii quàm domino restituit. ff. l. 1. §. si rem à seruo.

Si seruo. ff. l. 11.

Si uni ex hæredibus. ff. l. 1. §. si pecunia in sacculo. lib. 46. tt. 3. l. 81. §. si lancem.

Si sequester suum officium uelit deponere, cui restituet. ff. l. 5. §. fi.

De reliquis quibus restituendum, uel non, uide j. Quibus datur.

Ex reliquis contingentibus.

Si rem deteriorem restituit. ff. l. 1. §. si res deposita. lib. 13. tt. 6. l. 18. §. siue autem. lib. 9. tt. 2. l. 42.

Si aliam rem quàm accepit, restituit. ff. lib. 19. tt. 2. l. 31. §. idem iuris.

Si non aliter quàm numis acceptis restituit. ff. l. 34.

Si quasi de suo dat pro libertate alicuius. ff. l. 1. §. eleganter.

Si non in loco, quo debetur, reddat. ff. l. 5. §. in sequestrum. l. 12. §. 1.

Si non debito tempore, uide infra Quando detur actio.

¶ *De Actione depositi.*

¶ 1 *Genus.*

Bonæ fidei est. ff. l. 1. §. hanc autem actio.

Rei persequẽdę causa comparata est, interdum mixta est. Inst. lib. 4. tt. 6. §. sequens, usq; ad §. Ex maleficis.

¶ 2 *Causæ ex quibus datur.*

Si legẽ, qua rem suscepit, non seruat. C. l. 6.

Si rem inuito domino contrectat, uel ea utatur. ff. l. 29. in princ. lib. 47. tt. 2. l. 78. in prin. C. l. 3.

Si rem alii dedit mutuam. C. l. 7. l. 8.

Si tabulas apud se depositas aliis dederit, legerit, uel aduersario prodiderit. ff. l. 1. §. si quis tabulas. lib. 9. tt. 2. l. 41. §. sed etsi qs. l. 42. lib. 48. tt. 19. l. 38. §. instrumenta. tt. 10. l. 1. §. is qui deposita.

Si rem deteriorem fecerit, uide paulò supra uers. Si rem deteriorem rest.

Si depositum nõ restituit uel amisit, uel res periit. Inst. §. præterea. uide infra Distinctiones.

Si restituit quidem, sed non ut debet, uide paulò superius, uers. Si res restituta sit.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex causa & modo facti.*

¶ 1 *De dolo depositarij.*

ff. l. 1. §. in conducto. uers. dolum. Inst. §. præterea.

DISTINGVITVR.

Si conuenit ne dolus præstetur. ff. l. 1. §. si cõuenit, uers. illud.

¶ 2 *De culpa & casu fortuito.*

Si culpa depositarii uel casu res perierit, an teneatur? Non. Inst. §. pręterea. ff. l. 14. §. siue autem. l. 20. C. l. 1. ff. lib. 13. tt. 6. l. 5.

§. nunc

§.nunc uidendum.

SVBDISTINGVITVR:

Si conuenit ut depositarii periculo res sit. ff.l.1.§.sæpe euenit.lib.17.tt.1.l.39. lib. 13.tt.6.l.5.§.nunc uidend.uerſ.aut. si ab.

Si merces interuenit. ff. lib.13.tt.6.l.5.§. nunc uidend.

Si deposito obtulit.ff.l.1.§.sæpe euenit.

Si cum empturus prædia rogasset mutuam pecuniam, ita ut non, nisi emisset, pecunia credita esset, creditor interim pecuniam apud eum deposuerit. ff.lib.12. tt.1.l.4.in prin.

Si lata culpa sit.ff.l.32.C.l.1.

Si uestimenta balneatori data sunt seruãda. ff.l.1.§.si uestim.

Si res accepto iudicio perierit.ff.l.12.§.fin. l.14.§.siue autem.

Si cum rem uendidisset, eamq; recepisset, ea interiit.ff.l.1.§.si rem depositam.

Si postea rem receperit, & restituendi facultatem sit nactus. ff.l.1.§.inde scribit. l.3.l.20.§.fi.

Si fideiussor conueniatur. ff.l.1.§.idem etiã Pomp.uerſ.planè si fideiuss.

3 *De causis specialibus.*

Si facultatem restituendi non habeat. ff.l.1. §.inde scribit.§.Marcellus autem.

Si hæres ignorans rem depositam esse, eam uendiderit.ff.l.1.§.fi.l.2.l.3.

Si misericordia ductus hominem soluat. ff. l.7.in prin.

Si ex causa compensationis rem retinet, uide s̃.De compensationib.

Si propterea non reddat, quòd putet petentem uerum procuratorem uel hæredem non esse.ff.l.13.in prin.

Si denunciatum ei ab alio sit, ne petenti restitueret C.l.11.§.fin.Nouel.c.88.

2 *Ex persona facti.*

Si pater uel dominus depositario dolo fecerit.ff.l.1.§.filiumfam.uerſ.planè.

Si is apud quem depositarius deposuit.ff. l.16.

Si hæres depositarij, uide j̃. Quid ueniat, De hæredibus.

3 *Ex reliquis contingentibus.*

Si post litem contestatam dolo fecit.ff.l.1.§. non tantum.

Si conuenit ne dolus præstetur.ff.l.1.§.si conueniat.uerſ.illud.

Si conuenit ne depositi agatur.ff.li.2.tt.14. l.7.§.si paciscar.l.27.§.illud.

Si inutile sit depositum,uide s̃.memb.3.ca. eodem.

Si res restituta sit: Subdistinguitur ut j̃.c.c.

Si cum altero actũ sit.ff.l.1.§.si apud duos.

¶ *III. Quibus datur actio depositi?*

De successoribus.ff.l.1.§.hæc actio.§.si pecunia in sacculo.§.apud Iulianum.l.14. in prin.lib.36.tt.3.l.18.§.idem quæsijt.

De hærede, & eo cui restitui iussit deponens.ff.l.26.in princi.lib.36.tt.3.l.18.§. idem quæsijt.

De eo qui deposuit, & rei domino. ff.l.31. §.incurrit.C.lib.3.tt.42.l.8.

De eo qui deposuit,& eo qui deponi mandauit.ff.l.1.§.si te rogauero.

De seruo qui deposuit, & domino eius priore & posteriore.ff.l.1.§.si seruus meus.§. si seruus deposuit.

De duobus dominis seruo communi deponente.ff.l.1.§.si duorum.

De altero ex duobus deponentibus an in solidum agere possit. ff.l.1.§.sed si duo. l. 17.in prin.

De filiofamilias.ff.l.19.

De reliquis,uide s̃. Ex persona deponẽtis.

¶ *IIII. Aduersus quos datur.*

De hæredib.ff.l.12.§.cum sequestro. l.25. in prin.lib.44.tt.7.l.48. Vide insuper j̃. memb.prox.Quid ueniat.

De patre & domino,filio & seruo.ff.l.1.§.si apud.§.filiumfam.l.21.

De eo qui putans se hæredem, rem uendidit.ff.l.4.

De eo apud quem & eo cuius iussu depositum est. ff.l.1.§.idem Pomponius.

De eo apud quem deposuit, uel cui mutuò dedit depositarius. C.l.8.

De altero ex duobus apud quos res depositã est ff.l.1.§.si apud duos.

De fideiussore. ff.l.1.§.idem etiam Pomp. uerſ.planè si fideius.

¶ *V. Quid & quantum ueniat hac actione? Quantum ueniat.*

DISTINGVITVR:

Si tumultus,incendij,ruinæ,&c.gratia depositum sit, in duplum. alioquin in simplũ datur actio.Inst.lib.4.tt.6.§.sequens.ff.l. 1.§.

1.§.prætor ait.usq; ad §.q̃ depositis.l.18.
Si hæredes conueniantur: siquidem ex dolo defuncti.ff.l.1.§.1.l.7.§.1.l.18.li.44.tt.7.l.11. C.l.1.l.8.
Sin autem ex dolo suo.ff.l.1.§.1.l.9.l.10.l.18.l.22.
Si plures sint hæredes, pro parte conueniendi sunt.ff.l.7.§.1.uers.plures uerò. l.9. l.10.l.18.l.22.
De in litem iurando.ff.1.§.in depositi.
De compensatione non opponenda, uide s̃. De compensation.

Quid ueniat in hac actione.

De iis quæ depositis rebus accedunt, uel inclusæ sunt.ff.l.1.§.quæ depositis. §.si cista signata.
De fructibus, partu & omni causa.ff. l.1.§.hanc autem, lib.22.tt.1.l.38.§.si possessionem.
De usuris.ff.l.24.l.25.§.fi.l.26.§.Lucius Titius.l.28.l.29.§.fi.C.l.2.l.3.l.4.Nouell.c.88.§.agnoscat insuper.
De re uendita, & precio accepto.ff.l.1.§.fin.l.2.3.4.
De re ex pecunia deposita comparata.C.li.3.tt.32.l.6.
De actionibus præstandis.ff.l.2 l.16.

¶ *VI. Quando & quamdiu competat?*

Interdum intra annum, interdum in perpetuum datur.ff.l.18.
Statim cum depositum est, repeti potest.ff.l.1.§.est autem.
Non competit ante existentem cõditionem depositionis.ff.l.1.§.est autem.C.l.5.
Si conuenit ut post mortem reddatur, etiam ante mortem repeti potest.ff.l.1.§.si sic deposuero.
Si hac lege deposuit, ut si uellet uteretur, etiam antequam usus sit, repeti potest.ff.l.1.§.si pecunia.

¶ *VII. Adiuncta officia actoris.*

De re, quam petit, designanda & describenda.ff.l.1.§.si quis argentum, usque ad §.filiumfamiliàs.
De probatione depositi. Per quæ probandum?
De epistolis, instrumentis, & aliis cautionibus: item de testibus.ff.l.26.§.fi.l.27. C.l.7.Nouell.c.73.§.si quis igitur.

¶ *VIII. Euentus.*

Condemnatus infamatur. C.l.16.
Si fideiussor conuentus litis æstimationem obtulit, res fit depositarii.ff.l.30.
De actionibus depositario condemnato cedendis.ff.lib.42.tt.1.l.12.

¶ *IX. Adfinia remedia.*

Locati & conducti actio.ff.l.1.§.si uestimenta.§.si quis seruum.
Mandati.ff.l.1.§.si te rogauero, usq; ad §.an in pupillum.
Ad exhibendum, & rei uindicatio.ff.l.1.§.si rem à seruo.l.33. C.l.1.l.8.lib.3.tt.42.l.8.
Furti.ff.l.29.in prin.C.l.3.
Condictio.ff.l.13.§.fi.lib.13.tt.1.l.16.
Iniuriarum.ff.l.1.§.si quis tabulas.
Legis Aquiliæ.ff.lib.13.tt.6.l.18.§.siue autem pignus.
Præscriptis uerbis.ff.l.1.§.si quis seruum.
De actione aduersus cohæredem, qui suam portionem à depositario accepit. C.l.12.
De actione in factum & furti aduersus nautas, caupones, stabularios, uide j̃. lib.23. huius Methodi, cap.8.

¶ *De contraria depositi actione.*

¶ *I. An competat?*

ff.l.5. in prin.

¶ *II. Causæ ex quibus competit.*

Si seruo deposito uictum dedit.ff.l.23.
Si sua impensa rem restituit.ff.l.12.in prin.
Si seruus depositus furtum ei fecit.ff.li.47.tt.2.l.63.§.idque euidentius in causa depositi.§.hæc ita puto uera.lib.13.tt.7.l.31.§.fin.

¶ *III. Quid ueniat?*

In litem non iuratur.ff.l.5.in prin.

¶ *De sequestratione & actione sequestraria.*

Vide s̃.lib.2.De iudiciis.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, cum suis actionib.ff.lib.20.tt.1.cum sequentib.C.lib.8.tt.14.cum sequẽtib. Cap. V.

¶ *I. Etymologia pignoris.*

ff.lib.50.tt.16.l.238.§.pignus.

¶ *II. Differentia pignoris & hypothecæ.*

Inst.li.4.tt.6.§.item Seruiana.uer.inter pignus.ff.tt.1.l.5.§.fin.lib.13.tt.7.l.9.§.propriè.lib.50.tt.16.l.238.§.pignus.

Diuisio

¶ *IIII. Diuisio pignoris in conuentionale & prætorium.*

C.tt..22.l.2.in prin.

¶ *IIII. Causæ ex quibus pignus uel hypotheca constituitur, uel competit.*

1 *De tacita pignoris obligatione.*

ff.tt.2.C.tt.15.

Si res non sit specialiter obligata, pignus nõ competit.C.tt.15.l.5.

Distinguitur sequentibus modis:

De inuectis & illatis.ff.tt.2. l.2.l.3. l.4. l.5. in prin.l.6.l.7.§.fi.li. 2.tt.14.l.4.in prin. li.13.tt.7. l.11.§.planè in eam. li. 19.tt.2. l.24.§. si colonus. C. tt.15. l.7.lib.4.tt. 65.l.5.

De fructib.prædij locati. ff. tt.2.l.7. in prin. lib.19.tt.2.l.24.§.si colonus.l.53.

Venditor id quod uendidit, pignoris loco retinere potest.ff.lib.21.tt.1. l.31. §. idem Marcell.lib. 18.tt.4.l.22.

Item is cui commodata res est, eam ob impensas in rem factas pignoris loco retinere potest.ff.lib.47.tt.2.l.15.§.fin.

Res alterius pecunia empta, an sit pignori obligata.ff.tt.4.l.7.in prin. lib.27. tt.9.l. 3.in prin.C.tt.14.l.17.l.27.Nouell.c.53. §.perpulchrum: usq; ad §. quoniam uerò c.136.§.secundum uerò, usq; ad §. porrò neque.

Si in refectionem domus mutuauit, domus tacitè est obligata. ff.tt.2.l.1.

Si pactum factum sit ut liceat uendere, res intelligitur obligata.ff.tt.4.l.3.§.fin.

Si mater tutrix nuptias iterauit, bona secundi mariti pignori sunt obligata pupillo. C.tt.15.l.6.

Si cum fisco contractum sit.C.tt.15.l.2.

Pro censibus & tributis bona sunt obligata. C.tt.15. l.1.lib.4.tt.46.l.1.

Si cum argentarijs contractum sit. Nouell. c.136.§.insuper.ibi, & ut exinde.itẽ ibi, neque enim temerè.

2 *De prætorio pignore, & executione sententiæ captis pignoribus.*

ff.lib. 13.tt.7.l.26. C. tt.22. tt.23. tt.14. l.11.

3 *De oppignorationibus.*

Ne alterius res pro alterius debito pignori capiantur. Nouell.c.52.in prin. usque ad §.enimuerò.c.134. §. quoniam uerò. C. lib.4.tt.15.l.1.

4 *Ex testamento pignus constitui potest.*

ff.lib.13.tt.7.l.26.in prin.

5 *De traditione.*

ff.lib.13.tt.7.l.1.in prin.

6 *De pacto conuento.*

Pacto conuento constituitur pignus .ff. lib. 13.tt.7.l.1.in prin. lib.20. tt.1. l.4.lib.2. tt.14.l.17.§.de pignore

Distinguitur sequentibus modis:

1 *Ex persona dantis uel promittontis pignus.*

De eo qui obligare nõ potest.C.lib.8.tt.16. l.8.in prin.

De non domino, uide j̃.De re aliena.

De procuratore.ff.tt. 1.l.21.in prin. lib.13. tt.7.l. 11.§.fin.l. 12.C.tt.16.l.1.l.8.

De tutore & curatore.ff. lib.13. tt.7.l.11.§. fi.l.16.in prin.C.tt.16.l.3.l.7.

De actore reipub.ff.tt.1.l.11.in prin.

De muliere res suas pro alio obligante, uide alibi De senatusc.Velleiano.

De pupillo & minore 25 annis.ff. tt.3. l.1. in pr. lib.27. tt.9.l. 1.§.fin.l.2.

De seruo.ff.tt.3.l.1.§.1.lib. 13.tt.7. l.18.§. fin.lib.12.tt.6.l.13.C.tt.16.l.8.

De filiofamilias.ff.tt.3.l.1. §.1.li.13.tt.7.l. 18.§.fin.l.19.lib.14.tt.6.l.7.§. sed si filius fami.C.tt.16.l.4.

De collono uel conductore.C.tt.16.l.8.

De absentibus.ff.tt. 1.l.23.§.fin.

2 *Ex persona eius cui datur uel promittitur pignus.*

De alio quàm creditore. ff.lib.13.tt.7. l. 11. §.per liberam.

De procuratore & tutore.ff.tt.1.l.21.ĩ prin. li.13.tt.7.l.11.§. pater liberam. C. lib.4. tt.27.l.2.

Si cum mihi aut Titio promisisset, Titio dedit pignus.ff.tt. 1.l.33.

De patre filii nomine accipiẽte.ff.tt. 1.l. 28.

De pupillo.ff. lib.13.tt.7.l.38.

De eo qui prohibetur emere.ff.tt.1.l.24.

3 *Ex causa ob quam datur uel promittitur pignus.*

Si ob aliam causam quàm pecuniam. ff. lib. 13.tt.7.l.9.§.1.

Si ut fideiubeat pro me pignus ei dedi.ff. li. 13.tt.7.l.9.§.1.

Pro quacunq; obligatione accipi potest. ff. tt.1.l.5.

De

De ciuili, honoraria & naturali obligatione. ff.tt. 1.l.5.§.sed non solum.l. 14.§. fin.
Si pro aliena obligalione.ff.tt. 1.l.5.§.fin.
Si in diem uel sub conditione debeatur. ff. tt.1.l.5.uers.& siue pura.
Si pro obligatione serui.ff.lib.12. tt.6. l.13.
Si pro intercessione mulieris pro alio, uel pro mutuo filio familiàs dato. ff.tt.3.l.2.
Si pro parte soluenda.ff.tt. 1.l.5.§. sed & nõ solum.tt.2.l.5.§.1.

4 *Ex modo quo datur uel promittitur.*

Si uitiosè & inutiliter contractus pignoris intercessit.ff.tt.1.l.25.
Nihil refert quibus uerbis constituatur. ff. tt. 1.l.4.lib.22.tt.4.l.4.
Si ita instrumento contractus inseruit: Fide & periculo rerum ad me pertinentium, uel per earum exactionem tibi satisfieri promitto.C.tt.17.l.9.
Si sub cõditione: Si intra certum tempus pecunia soluta non sit, ut iure emptionis creditor pignus habeat. ff.tt1.l.16.§. fin.lib. 18.tt.1.l.81.in prin.C.tt.35.l.3.
Si inter absentes cõstituatur.ff.tt.1.l.23.§.fi.
Si in epistola nõ signata & scripta sine die & consule. ff.tt.1.l.35.in prin.
Si scriptura nulla uel uitiosa intercessit. ff. tt.1.l.4.l.35.lib.22.tt.4.l.4.

5 *Ex re pignori obligata.*

Quod emi & uendi, potest, idem potest & pignori dari.ff.tt.1.l.9.§.fin.
De re quam quis emere non potest.ff.tt.1. l. 24.tt.3.l.1.§.eam rem.
De uniuersis bonis.ff.tt.1.l.1.in pr.l.29.ĩ pr.
De nomine debitoris.ff.tt.1.l.13.§.cũ pignori.li.13.tt.7.l.18.in prin.C.tt.17.l.4.
De taberna.ff.tt.1.l.34.
De peculio, uide s̃.uers. De seruo.item De filiofamiliàs.
De usufructu.ff. tt.1.l.11. §. ususfructus. tt. 6.l.8.in prin.
De iure prædiorum.ff.tt.1.l.11.§. fin. l.12.
Ne quis mutuans agricolæ, teneat eius terram.Nouell.c.32.33.34.
De militia, uide s̃.uers. Res alterius pecunia empta, &c.cap.eod.
De futuris.ff.tt.1.l.1.in prin.l.15.in prin.tt. 4.l.11.§.si de futu.
De re quam quis se assecuturum sperat. C. tt.17.l.5.
De loco religioso.C.tt.17.l.3.
De libero homine.ff.tt.3.l.5.C.tt.17.l.6.
De statulibero.ff.tt.1.l.13.§.1.
De prædio uectigali & superficiario.ff.tt.1. l.31.lib.13.tt.7.l.16.§.fin.l.17.
De superficiariis.ff.tt.1.l.13.§. & in superficiariis.tt.4. l.15.lib.13. tt.7. l.16.§.fina. l.17.
De re litigiosa.ff.tt.3.l.1. §.eam rem. §.fin.
De re quam debitor antè per iniuriam iudicis in iudicio amisit.ff.tt.1. l.3.§.fin.
De re communi.ff.tt.4.l.3.§.fin.tt.6. l.7.§. fin.lib.10.tt.3.l.6.§.fin.si fundus.§.idem scribit.C.tt.12.lib.3. tt.37. l.2. in prin. tt.38.l.7.
De re ipsius creditoris.ff.lib.50.tt.17.l.45.

DE RE ALIENA.

C.tt.16.l.2.l.6.l.7.tt.17.l.6.

Subdistinguitur sequentibus modis:

Si sub conditione: Si debitoris facta fuerit. ff.tt. 1.l.16.§.aliena.
Si quasi dominium in re habeat: & pro ea Publiciana actio ei cõpetat.ff.tt.1.l.18.l. 21.§.1.lib.13.tt.7.l.29.
Si uoluntate domini data sit.ff.lib.13.tt.7. l.20.in prin.
Si dominus sciens in fraudem creditoris dissimulauit rem suam esse.C.tt.16.l.2.
Si dominus sua manu scripsit; domum suã pignori futuram.ff.tt.1.l.26.§.1.
Si dominus postea ratum habuerit.ff.tt.1.l. 16.§.1.lib.13.tt.7.l.20.in prin.
Si dominus postea debitori hæres extiterit. ff.tt.1.l.22.lib.13.tt.7.l.41.
Si debitor postea rei dominus factus sit. ff. tt.1.l.1.§.1. l.16. §.aliena. lib.13. tt.7. l. 41.in prin.C.tt.16.l.5.
Si is cui res in diem addicta est, ut meliore conditione allata, uel si displicuisset ab emptione discederetur, eam rem pignori dederit.ff.tt.6.l.3.
Si creditor rem pignori acceptã, alii pignori dederit. ff. tt.1.l.13. §. cum pignori. lib.13.tt.7.l.27. l.40.§.fina. C.tt.24.l. 1.l.2.
Si debitor rem, quam donauit filio, obliget. C.tt. 16.l.6.
Si rem alii uenditam pignori det. ff. lib.13. tt.7.l.2.
Si rem patris filius obliget.C.tt.16.l.4.

Si rem fideiussoris sui debitor obliget. ff.tt. tt.2.l.5.§.fin.

De reliquis subdistinctionibus, uide palo superius Ex re pignori obligata. item ś. Ex persona dantis. cap.eod.

6 *Ex reliquis contingentibus.*

Si auro demonstrato æs pignori dederit, uel ære dato affirmauit aurum esse. ff. lib. 13. tt.7.l.1.

Si ante uel post cõtractam obligationem datum uel promissum sit pignus. ff.tt.1.l.5.

Si eadem res & alii sit obligata, uide j. cap. pox.membr. Quibus datur.

Distinctiones ex consequẽtibus, uide j. Causas quib. liberatur pignus.

¶ *V. Causæ ex quibus pignus liberatur pignoris obligatio tollitur, & pignoraticia actio competit.*

Causæ ex quibus pignoris obligatio tollitur, contingunt aut circa principalem obligationem propter quam pignus datum est: aut circa ipsum pignus, & obligationem pignoris accessoriam.

¶ *Causæ quæ contingunt circa obligationem principalem.*

1 *De solutione debiti.*

Soluto debito liberatur pignus, competitq; actio pignoraticia. ff.tt.1.l.11.§.1.tt.6.l.6. lib.13.tt.7.l.11.§.si in sortem.l.40. §.fin. lib.46.tt.3.l.43.C.tt.14.l.20. tt.31.l.3. li.4.tt.24.l.9.l.10.

DISTINGVITVR.

Ex persona soluentis.

Si alius soluit. C. tt.14.l.21.ff. libr.46.tt.3. l.40.

Si amicus debitoris, negocia eius gerens. ff. tt.6.l.1.in prin.

Si unus hæredem suam partem soluerit, uide paulo inferius.

Si possessor pignoris soluat, uel posterior creditor, uide j.cap.7.lib.eod.

Ex persona eius cui solutum est.

Si alii quàm creditori solutum est. ff.lib.13. tt.7.l.11.§.solutam.

Si creditori, non fideiussori, qui pignus possidet, solutum sit. ff.tt.1.l.26.in prin.

Ex re soluta.

Si pars tantum sit soluta, non totum debitũ. ff.tt.1.l.19.lib.13 tt.7.l.9.§.omnis.l.40. in prin.C.tt.41.l.2.

Si unus hæredum suam partem obtulerit. ff.lib.13.tt.7.l.8.§.si unus.C.tt.31.l.1.

Si partem soluat, partem compenset. C.lib. 4.tt.31.l.12. quæ autem compensentur debito, uide paulo inferius De compensatione debiti.

Si debotor ob non restitutioné pignoris pluris sit condemnatus, an si tantum soluerit quantum debet, liberetur hypotheca. ff. tt.1.l.16.§.si pluris.

Quantum offerendũ secundo creditori, qui pignus à primo liberauit. ff. tt. 4.l.13. §. sciendum.C.tt.14.l.22.

Si non ea quæ in pignus impendit, creditor soluaat. ff.lib.13.tt.7.l.8.§.fin.

Si eam pecuniam quæ sine pignore credita est, non soluat. C.tt.27.l.1.§.at si in possess.

Si usuræ non sint solutæ. ff.tt.1.l.12.§.fin.li. 13.tt.7.l.8.§.fin.l.11.§.si in sortem.C.li. 4.tt.32.l.4.

Si pœna sub qua debetur, non sit soluta. ff.tt. 1.l.13.§.fin.

Si reprobi nummi sint soluti. ff.lib.13.tt.7.l. 24.§.qui reprobos.

De reliquis distinctionibus ex re soluta. ff. tt.2.l.10.tt.6.l.15.lib.13.tt.7.l.11.§.unde si domum.lib.10.tt.3.l.7.§.si debitor.

Ex tempore quo soluit.

Si pignoraticia actione in iudicium deducta solutionem offerat. ff.lib.13. tt.7.l.9.§.fi.

Si postquam creditori res est addicta, uide j. cap. prox. De pignore creditori addicendo.

Si postquam creditor pignus uendidit: uide j. De uenditione pignoris.

Si pacto facto, ut si intra tempus pecunia nõ soluta creditori pignus sit addictum, post tempus illud pecuniam debitor offerat. ff. tt.1.l.16.§.fin. lib.18. tt.1. l.81. in prin. C.tt.35.l.3.

Reliquas distinctiones solutionis uide alibi, De solutionibus.

2 *De positione et cõsignatione pecuniæ oblatæ.*

Si eam creditor accipere nolit. ff.lib.13.tt.7. 20.§.si per.C.tt.31.l.3.tt.14.l.20. lib.4. tt.24.l.9.l.11.tt.32.l.19.

3 *De compensatione debiti.*

Si cõpẽsauit. ff.tt.4.l.4.uers.nec enim inter. Quæ computentur in debitum & usuras.

De

De fructibus hypothecarum.ff.tt.1.l.11.§.1.tt.2.l.8.tt.5.l.12.§.nam. etsi.C.tt.25.l.2.tt.28.l.1.lib.4.tt.24.l.1.l.2.l.11.tt.31.l.11.

De eo quod ex actione, occasione rei hypothecatæ intentata percepit creditor.ff.tt.1.l.21.§.fin.tt.6.l.8.§.fi.lib.13.tt.7.l.22.in prin.usque ad §.si prędo.lib.47.tt.2.l.15.in prin.l 81.

De precio ex uenditione pignoris accepto cum usuris in debitum computando,uide j.cap.6.membr.8.uers.Si pluris,&c.

4 *Ex reliquæ causæ circa obligationẽ principalẽ contingẽtes quibus liberatur pignus.*

Si alio modo satisfactum sit.ff.lib.13.tt.7.l.9.§.omnis.l.10.lib.20.tt.1.l.13.§.etiãsi.tt.6.l.6.

Si acceptilatum sit, uel factum de non petenda pecunia intercessit, & debitum sit remissum.ff.lib.13.tt.7.l.11.§.1.uers. idéq; etsi.lib.20.tt.6.l.1.§.1.l.5.in prin. C.tt.26.l.5.ff.lib.2.tt.14.l.17.§.de pignore.

Si nouatio facta sit.ff.lib.13.tt.7.l.11.ĩ prin.C.tt.27.l.1.in prin.ff.lib.46.tt.2.l.18.

Si principalis actio in iudiciũ sit deducta.ff.tt.1.l.13.§. etiamsi. libr.13.tt.7.l.11.in prin.C.tt.14.l.8.tt.17.l.1.uers. quamuis personali.

Si principalis actio submota sit.C.tt.31.l.2.ff.tt.1.l.27.

Si debitor iurauerit se nihil debere.ff.tt.6.l.13.lib.12.tt.2.l.40.

Si debitor à iudice absolutus sit. ff.tt.6.l.13.

Si conditio obligationis defecerit. ff. tt.1.l.5.§.sed in conditio.

Si tempus conductionis pro qua pignus datum erat,finitum sit.ff.lib.19.tt.2.l.13.§.qui impleto.C.lib.4.tt.65.l.16.§.fin.

Si pecunia propter quam pignus datum est, numerata non sit.ff.lib.13.tt.7.l.11.§. si quasi.C.tt.33.

Si res creditori redhibita sit. ff.tt.6.l.4 ĩ pr.

Si creditor debitori hæres pro parte extiterit.C.lib.4.tt.16.l.1.

Si creditor debitoris negocia gesserit. ff.lib.3.tt.5.l.34.§.illum autem.

Si cũ fideiussor pro sua obligatione pignus dedisset, reus principalis ei defuncto hæres extiterit:nec is ex fideiussoria causa teneatur.ff.lib.46.tt.3.l.38.§.fin.

Si re ob euictionem pignori data,euictio secuta non sit.C.tt.35.l.2.

¶ *Causæ quæ cõtingunt circa ipsũ pignus & obligationem pignoris accessoriam.*

Si qua ratione pignoris obligatio finita est. ff.tt.6.l.6.in prin.uers.uel si qua alia.

Si pignus remissum sit, & conuenit ut à pignore recedatur.ff.tt.6.l.5.in prin. l.7.§.sed si cum debitoris. l.8.§.1. usq; ad §. si uolũtate.lib.13.tt.7.l.9.& §. generaliter. lib.2.tt.14.l.17.§.de pignore.C.tt.14.l.23.tt.26.l.2.§.fin l.9.§.fin.

Si chirographum pignoris redditum sit. C. tt.26.l.7.

Si aliud pignus uel fideiussor pro pignore datur.ff.tt.6.l.5.§.si cõuenerit. l.6.§. qui paratus.l.14.li.13.tt.7.l.9.§.omnis.l.10.lib.23.tt.3.l.50.

Si pignore ad tempus obligato, tempus finitum sit.ff.tt.6.l.6.in prin.

Si conditio pignoris defecerit.ff. li.13.tt.7.l.11.§.si quasi.

Si debitor iurauerit rem non esse obligatam pignori.ff.tt.6.l.5.§.fin.

Si cum fideiussor pro sua obligatione pignus dedisset,eiq; reus principalis hæres extiterit,eo causa fideiussoria sublata est.ff.li.46.tt.3.l.38.§ fin.

Si cũ pater nomine filijfamiliàs,cui sub conditione legatũ debebatur, pignus pactus esset, existente conditione filius sui iuris sit.ff.tt.1.l.28.

Si creditor dominus pignoratę rei sit factus. ff.lib.42.tt.2.l.30.§.fin.

Si fundo uectigali à possessore pignori dato fundus ad dominũ ex lege locationis redierit. ff. tt.1.l.31.

Si re pignori accepta,à creditore pignori data,debitum sit solutum,uide s̃.uers.Si creditor rem pignori,&c.

Si statu libero pignori dato conditio extiterit.ff.tt.1.l.13.§.1.

Si seruus pignori datus manumissus sit,uide s̃.li.5.cap.6.uers. De seruo pignori dato.

Si seruus pignori datus ab hostibus captus sit.ff.lib.49.tt.15.l.12.§.si pignori.

Si usufructus pignori datus extinctus sit.ff.tt.6.l.8.in prin.

Si res pignori data extincta sit, uel mutata. ff.tt.6.l.8.in prin.tt.1.l.1.§.cũ prædium.

l. 13. in princ. l. 16. §. si res hypothecæ. l. 26. §. fin. l. 27. l. 29. §. domus. l. 34. l. 36. C. tt. 14. l. 25.

Si creditor ancillam prostituit, uel aliud improbatum facere coegit. ff. libr. 13. tt. 7. l. 24. §. fin.

Si creditor pignus uendiderit, an pignoris obligatio sit resoluta. ff. tt. 6. l. 4. §. sed etsi ipse. l. 5. §. si conuenerit. uers. aliud. l. 10. §. fin.

Si alter creditorum pignus uendiderit, an alteri supersit actio hypothecaria. ff. tt. 5. l. 1. C. tt. 19. l. 2. tt. 28. l. 17. li. 4. tt. 10. l. 6. l. 7.

Si debitor rem in iudicio amisit. ff. tt. 1. l. 3. C. tt. 14. l. 5.

Si debitor rem pignori obligatam alienauerit, non tollitur pignoris obligatio. ff. lib. 13. tt. 7. l. 18. §. si fundus. C. tt. 14. l. 14. l. 15. tt. 26. l. 3. l. 10. tt. 28. l. 12. Nouell. c. 112. §. ab hac uerò.

DISTINGVITVR SE-
quentibus modis:

Si creditor alienationi consensit. ff. tt. 6. l. 4. §. 1. §. fi. l. 7. in pr. usq; ad §. illud tenend. l. 8. §. si uoluntate. usq; ad §. fin. l. 9. §. fin. l. 10. in pr. l. 11. l. 12. in pr. tt. 4. l. 12. §. fi. li. 50. tt. 17. l. 118. C. tt. 26. l. 2. l. 4. l. 11.

Si creditor ratum habuit. ff. tt. 6. l. 4. §. sed etsi non.

Si creditor in tabulis emptionis subscripsit: & sciente eo res alienata est. ff. tt. 6. l. 8. §. non uidetur. l. 9. §. fin.

Si creditor eo tempore quo res distrahitur, scriptura publicè proposita ius suum executus non est. C. tt. 26. l. 6.

Si debitor, antequā sibi pecunia à creditore numeraretur, pignus alienauit. ff. tt. 3. l. 4.

Si alij creditori alienauit. ff. tt. 6. l. 9. in prin. lib. 46. tt. 3. l. 20. C. tt. 20. l. 1.

Si seruum emptum redhibuit. ff. tt. 6. l. 4. in prin. lib. 21. tt. 1. l. 43. §. pignus.

Si debitor & alij pignus obligauit, uide j. cap. 7. Quibus detur.

Si fiscus distraxit. C. tt. 26. l. 8. li. 4. tt. 46. l. 1.

Si res usucapta sit, uide infrà cap. 7. mēbr. 9.

EFFECTVS ET IVRA TAM debitoris quàm creditoris in pignore, Cap. VI.

Si sine die constituit. ff.l.21.§. si sine.
Si certo tempore constituit. ff.l.16.§. sed & certo.
Si alio tempore quàm quo debetur constituit. ff.l.3.§. fin. l.4.
Si post tempus obligationis se soluturū constituit. ff.l.18.§. quare etsi post tempus.
Si id quod sub conditione debetur, purè uel certo die constituatur: uel contrà. ff. l.19 in prin.
Si certo loco constituat ff.l.16.§.1.
Si alio loco quàm quo debetur constituat. ff. l.5. in prin.
Si mihi constituit alii se soluturum. ff. l.5.§. item si mihi.§. Iulianus.§. si actori.§. fina.

Si non

Si non se, sed alium soluturum constituat. ff. l.5.§.sed etsi quis. Nouel.c.115.§.ad hęc & aliud.uers.aut si quis dixerit.

Si impersonaliter cōstituit: Ita satis tibi fiet. Nouell. c.115. §. ad hæc & aliud. uers. si quis autem.

¶ *Ex consequentibus.*

Si id quod constitutum est, debitum esse desierit.ff.l.18.§.quod adijcitur.

Si conditio principalis obligationis defecerit.ff.l.19.in prin.

Si cum pater uel dominus uel peculio constituisset, peculium interierit. ff.l.19.§.fi.

Si cum quis aliquem pro se fideiussurum cōstituisset, illa fideiubere nolit. ff.l.14.§.1.

Si is cui tanquam hæredi constitutum est, hæreditatem restituit. ff.l.22.

Si constituenti ab eo pro quo constituit, denunciatum est ne solueret.ff.l.27.

Si is pro quo constituit non soluat constituēti.C.lib.8.tt.42.l.5.

Si per actorem steterit quo minus ei soluere tur.ff.l.16.§.ait prætor.l.17.l.18.in prī.

Si per rerum naturam steterit quo minus soluatur.ff.l.16.§.ergo si.

Si reus satisdationem uel pignora offerat.ff. l.21.§ constituto.

Si solutū uel factum sit.ff.l.16.§. ait prætor.

Subdistinguitur sequentibus modis:

Si post tempus constituti factum sit.ff. l.16. §.fin.l.17.

Si cum illud aut illud deberet, alterum constituit, alterum soluit. ff.l.25.in prin.

Si seruo uel domino soluit ff.l.5.§.fin.l.6.

Si cum mihi aut Titio deberetur, mihi postea constitutum, Titio solutum sit.ff. l.8. l.9.

Si ex duobus reis stipulandi alteri constitutum alteri solutum sit.ff.l.10.

Si cum mihi aut Titio constituisset, Titio soluit.ff.l.30.

¶ *III. Quibus datur?*

De eo cui constituit, & eo cui soluturum se constituit.ff.l.5.§.si actori.

De eo cui constitutum est, & eo cui restituta est hæreditas.ff.l.22.

De hæredibus.C.l.2.§.sed & hæredibus.

Si mihi aut Titio se soluturum cōstituit, mihi competit actio.ff.l.8.

Si seruo constitutum sit, & ei qui mihi bona fide seruit.ff.l.5.§.fin.l.6.

¶ *IIII. Aduersus quos datur?*

De hæredibus.C.l.1.l.2.§.sed & hęredibus.

De patre.ff.l.1.§.sed si filiusfam.

¶ *V. Quid ueniat in hac actione?*

Non pœnam, sed rei persecutioné continet hæc actio.ff.l.18.§.è re autem.

Id quod plus debito constitutum est, non debetur.ff.l.11.§.fin.l.12.

Si pater uel dominus de peculio obstrictus cōstituit, etiam plus quàm in peculio est. ff.l.1.§.fin.l.2.l.19.§.fin.l.20.

Si maritus plus de dote, quàm facere potest, constituit.ff.l.3.in prin.

Si cum alium pro se fideiussurum constituisset, is fideiubere nolit.ff.l.14.§.1.

Si plures constituerunt, singuli in solidum tenentur.ff.l.16.in prin.C.l.3.

Si ita cōstituit. Fiet tibi satis, à me & ab illo: uel, aut ab illo. Nouel.c.115. §. at si quis dixerit.

De usuris.ff.l.24.§.fin.l.26.

¶ *VI. Vbi competat hæc actio?*

Si certo loco constitutum est, exemplo arbitrariæ actionis ubiq; cōpetit. ff. l.16.§.1.

Si legatus Romæ constituit, uel Romę se soluturum.ff.l.5.§.1.

¶ *VII. Quando & quandiu competat?*

Si sine die constitutum est, statim peti non potest, sed post decem dies.ff.l.21.§.si sine die.

An ante existentem conditionem competat? ff.l.19.in prin.

De reo principali prius conueniendo. Nouell.c.4.in prin.usq; ad §.Quod autem.c. 136.§.sancimus.

Perpetua est, hoc est, triginta annorum.C.l. 1.l.2.§.& neq; sit.

Si dies principalis obligationis exierit. ff. l. 18. §.proinde temp.

¶ *VIII. Euentus.*

Pecunia constituta non liberatur reus principalis, nec tollitur hac actione prior obligatio ff.l.18 §.fin l.28.

¶ *IX. Adfinia remedia, & similia.*

De recepticia actione. C. l.2. in prin.§. sed & hæredibus.

De stipulatione & actione ex stipulatu. Inst. lib.4 tt.6.§.de cōstituta.ff.l.24. C.l.2.§. & non ab similem.§.& sit pecuniæ.

De actione mādati.ff.li.17.tt.1.l.27.in pri.
De reo principali prius conueniendo, uide s̃.Quando detur.

DE EXCEPTIONE SENATVS consulti Velleiani. ff. lib. 16. tt. 1. C. lib. 4. tt. 29. Cap. XI.

Hæc exceptio præcedentibus actionib. solet opponi. ideo de ea sequitur.

¶ *I. Origo huius exceptionis, & uerba senatusconsulti.*

ff.l.2.in prin.

¶ *II. Ratio huius exceptionis.*

ff.l.1.l.2.§.uerba.

¶ *III. Causa ex qua datur.*

Si mulier pro alio intercesserit.ff.l.1.in pr. l.2.in prin.C.l.4.in prin.l.14.

DISTINGVITVR:

1 *Ex specie intercessionis, & modo.*

De quauis obligatiōe siue re siue uerbis siue alio cōtractu intercesserit.ff.l.2.§.omnis omnino.

Si alium defendit.ff.l.2.§.fin.l.3.

Si soluit pro alio. ff.l.4.§.fin.l.5.l.8.§. planè si mulier.l.21.§.fin.C.l.1.l.4.§.fi.l.9.

Si fundum suum creditori alterius uendat, ut pecuniam debitori ferat acceptum. ff. l.32.§. item si mulier. l.5. uers. nam etsi. C.l.4.§.fin.

Si debitorem suum pro alio delegat. ff. l.5. l.8.§.interdum.uer.planè si mulier.l.19. §.fin.

Si quasi debitrix mulier à creditore sub alii delegetur.ff.l.8.§.Marcellus autem.l.17. in prin.l.24.in prin.C.l.2.§.fin.

Si ius pignoris remittit mulier. ff.l.8.in pr. l.17.§.si mulier.C.l.11.l.30.

Si intercedendi animo seruum alienum suū esse respondet.ff.l.26.

Si in iure interrogata hæredem se esse respō dit.ff.l.23.

Si hæreditatem alicuius adeat, ut æs alienū eius suscipiat.ff.l.13.in prin.l.31.in prin. uers.aut si hæred.

Si hæreditatē emit, cuius nomine damnū patitur, quòd debitores hæreditarii nō sunt soluendo.ff.l.19.§.deniq; si ponamus.

Si in mulieris persona obligatio sumat exordium ut si mulier contrahat cum aliquo alii creditura, donatura, uel ut alius pecuniam recipiat. ff.l.4 l.8.§.si cum essem. l.11.l.12.l.17.in prin.uers.nec id contra.l.19.§.cum haberes.l.27.in prin. l.28.§.fi. l.29.C.l.2.l.10.l.13.l.19.

Si mandatu mulieris quis damnosam adiit hæreditatem.ff.l.19. in prin. usque ad §. cum haberes.

Si soluenti alienum debitum, cauet de rato. ff.l.15.

Si tutoribus filii sui indemnitatem promittit.l.8.§.1.C. l.6.

Si mulier & Titius duo rei promittendi facti sunt.ff.l.17.§.fin.l.18.

2 *Ex causa in qua & propter quam intercedit pro alio.*

Siue uetus siue noua obligatio sit, nihil refert.C.l.18.

Si mulieris negocium geratur, causaq; ex aliqua parte mulierem contingat. ff.l.3. l. 13.in prin.l.25.l.27.§.fin.C.l.10.

Si cum in rem communem pecuniam acciperet mulier & socius, rei promittendi facti sunt.ff.l.17.§.fin.

Si, ne à creditore suo delegetur promisit.ff. l.24.in prin.

Si, ne iudicatus pater eius propter solutionē uexaretur, intercessit.ff.l.21.§.fin.

Si tutoribus filii sui indemnitatem promisit.ff.l.8.§. 1.C.l.6.

Si dotem pro alio promisit.C.l.25.

Si dotare filiam uolens, res suas pro ea genero obligauit. C.l.12.

Si in causa serui hac conditione, Si aliquid det, manumittendi intercedat.C.l.24.

3 *Ex persona eius pro quo intercedit.*

Si pro eo qui condemnatus ad mulierem regressum est habiturus, ut pro fideiussore, &c.ff.l.3.l.13.in prin.

Si pro eo cui obligata uel delegata. ff. l. 24. in prin. C.l.2.§ fin.

Si pro eo quē creditori suo delegauit, apud creditorem intercedat.ff.l.27.§.fin.

Si pro seruo intercedat.ff.l.25.

Si pro seruo alieno.ff.l.32.§.fin.

Si pro eo qui obligari non potest. ff.l.8.§. fin.l.32.§.fin.

Si pro filio.ff.l.8.§.si mulier.C.l.3.

Si pro patre.ff.l.21.§.fin.C.l.8.

Si pro marito.ff.l.2. in prin. Nouell. c.134. §illud.quoque ad.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si mulier callidè & fraudulenter uersata est.ff.l.2.§.uerba. uersi. sed ita demum.l.23.l.30. in prin.C.l.5,l.18. lib.8.tt.28.l.11.ff. lib.50.tt.17.l.110.§.fin.

Si is qui cum muliere contrahit, ignorat cui hoc factum uelit mulier, uide supra uersi. Si in mulieris persona,&c.cap.eod.

Si apud seruũ mulier intercedat.ff.l.27.§.1.

Si apud minorem.25. annis mulier intercessit.ff.lib.4 tt.4.l.12.

Si mulier pro intercessione aliquid accepit. C.l.23.

Si mulieri data sit pecunia ut eam creditori dantis soluat, uel expromittat.ff.l.22.C.l.23.§.sed si minus.

Si mulieri ab eo pro quo intercessit, solutũ est.ff.l.16.in prin.C.l.23.

Si in rem mulieris quod acceptum est, est uersum.ff.l.21.in prin. Nouell.c.134.§.illud quoque aduers.nisi manif.

Si prædium, quod pro marito pignori datũ est, mariti sumptibus melius est factum. ff.lib.20.tt.1.l.1.§ fin.

Si mulier huic exceptioni renunciauit.ff.l.32.§.penult.C.l.21.

Si post biennium quàm intercessit, cautionem scripserit, aut pignus uel fideiussoré dederit.C.l.22. Nouell. c. 134.§.illud quoque.

Si mulier soluit ex hac causa.C.l.9.

Si mulier pro eo,pro quo intercesserat, iudicium suscipere parata est.ff.l.32.§.penult.

Si mulier ei pro quo intercesserat, hæres extiterit.ff. lib.46. tt.3. l.95.§.aditio. ibi, Aliquando euenit.

Si mulier mãdati potius uelit agere.ff.l.31.

Si creditor pignus à muliere pro alio datum uendidit ff.l.32.§.1.li.6.tt.1.l.59.§.fi.l.40.

SVBDISTINCTIO GENERALIS.

Si in fraudem Senatusconsulti factum sit.ff.l.29.§.fin.

¶ IIII. *Quibus datur hæc exceptio?*

De fideiussore mulieris. ff.l.8.§.interdum. uer.quemadmodum mulieris.l.16.§.fi.l.19. §.cum haberes. uersic. responde.C.l.14.l.15.

De eo qui mandato mulieris pro alio intercessit.ff.l.6.l.7.l.30.§.fi.l.32. §.si mulier ne.C.l.15.

De eo qui à muliere delegatus est ei apud quem mulier intercedit.ff.l.8.§.interdũ. uer. sed si is.§.sed si eum.l.19.§.cum haberes.uer.quod quidem magis.

De creditore qui mulieri mutuaturus, ab ea delegatus est pro alio. ff.l.10.§.cum haberes.

De hæredibus mulieris.C.l.20.

¶ V. *Euentus huius exceptionis.*

De pristina actione creditori aduersus debitorem,pro quo mulier intercesserat,restituẽda.ff.l.1.§.fi.l.7.l.8.§.si mulier apud. §.quoties. usque ad fin.legis. l.9. l.10.l.13.§. de pignoribus.§.fin.l.14.l.16.§.fi.l.20.l.24.§. si senatus.§.fi.l.29.§.sed non sine ratione. l.32.§.fi.C.l.8.l.16.l.23.§. sed si minus.

¶ VI. *Adfinia remedia huius exceptionis.*

De conditione ut liberetur, uel ut restituatur ei quod soluit,aut ei propter intercessionem abest. ff.l.8.§.Marcellus autem. uer. sed condemnata.§.interdum. C.l.9.

De uendicatione pignoris à muliere pro alio dati.ff.l.32.§.1.lib.6.tt.1.l.39.§.fin. l.40.C.l.7.

De mandati actione aduersus eum pro quo intercessit.ff.l.21.

Ipso iure nulla est obligatio, si instrumentũ à tribus testibus subscriptum non interuenit.C.l.23.§.fin.

Item. Si cum alius mutuum accepisset, mulierem mutuum accepisse in instrumento scriptum sit.C.l.17.

Item. Si uir non consentiente muliere, res eius pro se obligauerit.C.l.5.in prin.

FINIS LIBRI DECIMISEPTIMI.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE CVM SVIS ACTIONIBVS:

LIB. DECIMVSOCTAVVS.

Inst.lib.3.tt.24.ff.lib.18.C.lib.4.tt.38. cum sequentibus.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. Inst.lib.3. tt.24. ff.lib.18. tt.1. C. lib.4. tt.38. Cap. I.

¶ 1 *Causa & origo huius contractus.*

Origo emendi uendendiq;, à permutationibus cœpit.ff.l.1.in prin.

Iurisgentium est hic contractus. ff.l.1.§.fi.

Consensu peragitur.ff.l.1.§.fi.l.9.in prin.

¶ 2 *Nomen.*

Veteres emptione & uenditione in appellationibus promiscuè utebantur. ff.lib.19. tt.1.l.19.

¶ 3 *Species.*

Litis æstimatio, uenditio est. ff.lib.41.tt.5. l.1.l.3.lib.23. tt.3.l.10.§.si ante matri.l.69. §.cum res.

Aliud est uendere, aliud uenditioni consentire. ff.lib.50.tt.17.l.120.in prin.

Nemo potest uideri eam rem uendidisse, de cuius domino id agitur ne ad emptorem transeat.ff.l.80.§.fi.

Si quis rem aliquam æstimatam uendendã dat, non est uenditio.ff.lib.19.tt.3.l.1.

Si res pro re datur, permutatio est, de qua ĩ. lib. eod.

Si quis in uenditione precium rei ponit donationis causa non exacturus, nõ uidetur uendere.ff.l.36.C.l.3.l.9.§.fi.

Si conuenit mihi tecum, ut certum numerũ tegularum, quas faceres, mihi dares certo precio, utrum emptio sit, an locatio.ff. l.65.

Si rem aliquam uelimus fieri, & nihil aliud damus quam pecuniam, emptio uidetur, non locatio: Inst.lib.3.tt.25.§. item quæritur.ff.l.20.

Si uendidi tibi insulam certa pecunia, & conuenit ut alia meam reficias: item si areã, &c.ff.lib.19.tt.1.l.6.§.1.tt.5.l.6.

¶ 4 *An sit utilis hic contractus, ut ex eo competat actio?*

C.tt.44.l.3.l.7.

DISTINGVITVR:

1 *Ex personis contrahentium:*

De patre & filio.ff.l.2.in prin.

De furiosis.C.l.2.

De eo cui bonis interdictum est ff.l.26.

De pupillo.ff.l.27.tt.5.l.7.§.si pupilli. lib. 19.tt.1.l.13.§.si quis à.

De minore 25.annis.ff.lib.19.tt.1.l.13.§.si quis colludente.

De filiofamiliàs.ff.lib.19.tt.1.l.6.§.si filius familiàs.

De seruo. ff.lib.21. tt.3. l.1.§. si seruus.C. lib.4.tt.26.l.10.

De procuratore.ff.lib.19.tt.1.l.1.§.si procurator.§.si quis colludente. lib.21.tt.3.l.1. §.Celsus ait.

Si procurator alii quàm cui à domino uendere iussus est, uendat.ff.l.63.in prin.

Si procurator minoris uendidit quam dominus iussit.ff.lib.41.tt.5.l.7.§.procurator. ibi, Et si aduersus.

De eo qui de hæreditate deliberat.ff.l.26.

Cui est donandi, eidem & uendendi & concedendi ius est.ff.lib.50.tt.17.l.123.

Si mihi & Titio emi.ff.l.64.

Si fiscus uel creditor bona debitoris sui uendat, uide alibi.

Sunt & alii quidam qui partim ratione sui officij, ut tutor, curator, & is qui officium aliquod in aliqua prouincia administrat: partim propter alias causas emere & uendere prohibentur: de quibus uide in suis locis.

2 *Ex re uendita.*

Sine re nec emptio nec uenditio potest intelligi.ff.l.8.

Si non appareat quid, quale, & quantum sit id quod uenit.ff.tt.6.l.8. in prin. C.l.9. in prin.

De rebus quas natura, uel gentium ius, uel mores ciuitatis commercio exemerunt. ff.l.6.in prin.l.34.§.omnium.

De re cuius alienatio est inhibita uel lege, uel testamento, uel pacto.C.tt.51.l.7.

De rebus & locis sacris, religiosis, publicis, & homine libero. Inst. §.fi.ff.l.4.l.5.l.6. in pri.l.22.l.23.l.24.l.34. §.liberũ.l.62.

§.1.l.70.l.72.§.fin.l.73.

De rebus in publico solo ædificatis. ff. l.32.

De re aliena.ff.l.25.l.28. lib.19. tt.1.l.11. in prin.uers.quæ res.l.30.§.fin.C.tt.51.l.6. Subdistinctiones huius loci,uide infrà capite.7.lib.eod.

De re furtiua.ff. l.34.§.item si empt.

De re communi.C.tt.52.l.1.l.2.l.4.ff.libr. 21.tt.2.l.64.§.fin.

De re ipsius emptoris.ff.l.15.§.fi. l.16.l.34. §.rei suę.l.61.C.l.10.

De re emptor cum alio communi. ff. l.18.in prin.

De re emptori antea donata,C.l.4.

De re emptori legata.ff.lib.19.tt.1.l.29.

De re cuius usufructus emptoris est.ff.l.16. l.17.

Si debitor rem suam creditori pignori datã, ab eo emat.ff.l.39. in prin. lib.13.tt.7. l. 40.in prin.

De re quæ in rerũ natura nõ est.ff.l.15.ĩ pr.

De domo ante uenditionem exusta. ff.l.57.

De fundo cuius arbores uento deiectæ, uel igne absumptæ sunt. ff.l.58.

De duob.seruis,quorum alter iam mortuus est.ff.l.44.

De fructu & partu futuro.ff.l.8.in prin.

De captu uel iactu piscium,auium,missiliũ. ff.l.8.§.fin. lib.19.tt.1.l.11.§.fi.uers. ueluti cum fundum.

De seruo qui est apud hostes.ff. lib.19.tt.1. l.fin.

De ueneno.ff.l.35. §.ueneni. lib.48.tt.8.l. 3.in prin.

Vt res meas ex ædibus meis in tuas proiectas,mihi habere liceat.ff.l.8.§.1.

De itinere uendito ei qui fundum non habet.ff lib.19.tt.1.l.6.§.si tibi.

Si res maior minori accedat.ff. l.4.in princ. uers.nec refert. lib.21.tt.1. l.44.in prin.

1 *Ex causa emptionis & uenditionis.*

Si donationis causa uendat. ff. l.36. l.38.C. 3.l.9.§.fin.

Nuda & imaginaria uenditio pro non facta est.ff.l.55.lib.50.tt.17.l.16.C.lib.2.tt.4. l.21.uide item commentar. de pactis, ca. 3.except.8.in fine.

Si in fraudem creditoris debitor uendat. ff. l.26.C.tt 44.l.17.

Si propter sumptus necessarios uel debitum urgens uendidit.C.tt.44.l.12.l.16.

Si coactus emit uel uendidit.C.l.11. l.13.tt. 44.l.1.l.8.in prin.

Si dolo aduersarii deceptus uendidit. C.tt. 44.l.1.§.malæ.l.5.l.8.in prin. l.10.l.11.

Si hæres falso existimans de testamento sedamnatum uendere,uendiderit. ff. li.19. tt.1.l.5.uers.sed si falso.

De errore & dissensu.

Si erat alteruter, uel dissentiunt emptor & uenditor.

Subdistinguitur sequentibus modis.

Si seruo uel filio emente dominus uel pater erret uel ignoret,aut contrà.ff.l.12.l.13.

Si supina sit ignorantia.ff.l.15.§. ignorantia.

In quacunq; re dissentiunt, inutilis est emptio.ff.l.9.in prin.

Si in ipsa emptione uel precio dissentiunt. ff.l.9.in prin.

Si in re quæ rei uenditæ accedit, dissentiũt. ff.l.34.in prin.

Si ego aliam rem me emere, ut aliam te uendere putes.ff.l.9.§.si igitur ego.

Si in nomine dissentiunt.ff.l.9. §. planè si in nomine.

Si in corpore dissentiunt.ff. l.9. §. nam cum in corpore.

Si in substãtia,materia, uel qualitate rei dissentiunt,uel errant:ut si acetum pro uino uendas,æs pro auro,&c.ff.l.9.§.inde quęritur.l.11.in prin. l.14.l.41. §. fin. l.45. li.19.tt.1.l.21.§.quamuis.

Si interpolata pro nouis uendat.ff.l.45.

Si massam auro coopertam mihi ignoranti pro solida uendidit ignorans. ff. l.41.§. fina.

Si aurum deterius sit quàm emptor existimauit. ff. l.10.

Si mensas quasi citrias emerim,cum nõ sint. ff.lib.19.tt.1.l.21.§.quamuis.

Si me uirginem emere putẽ,cum sit mulier: uel puerum,cum sit fœmina.ff.l.11.§.fi.

4 *Ex re qua emitur, seu precio.*

Definitio precij.ff. l.1.§. sed quia nõ sẽper.

Si nullum sit precium.Inst.§. precium autẽ. ff.l.2.§.fine.C.l.9. in prin.

Si incertum sit precium.Inst.§. pretium autem.ff.tt.6.l.8.in prin.

Si ita:quanti ille æstimauerit. Inst.§.preciũ autem.C.l.15.

Si in

Si ita: Quanti tu emisti, uel quantum precij in arca habeo. ff. l. 7. §. huiusmodi.
Si ita: Esto mihi fundus emptus centum, & quanto pluris uendidero. ff. l. 7. §. fin.
Si ita: Quanti uelis, quanti æquum putaueris. ff. l. 35. §. 1.
Si cum ita: quanti à testatore emptus est, testatori donatus sit fundus. ff. l. 37.
Si is qui fructum oliuæ pendentis uẽdidit, stipulatus est pro decẽ pondo olei, quod natum est. ff. l. 39.
Si in alia re, non in numerata pecunia precium constituatur. Inst. §. item precium in numerata. usque ad §. cum autem. ff. l. 1. §. sed an sine. usq; ad §. fin.
Si minoris & uiliore precio res uendita est. ff. l. 38. C. tt. 44. l. 2. l. 4. l. 8. l. 10. l. 15. l. 16. lib. 5. tt. 71. l. 11. ff. lib. 21. tt. 3. l. 1. §. Celsus ait.
In precio emptionis & uenditoris naturaliter licet contrahentibus se circumuenire. ff. lib. 4. tt. 4. l. 16. §. idem. lib. 19. tt. 2. l. 22. §. fin.

5 *Ex reliquis contingentibus.*

Inter absens per nuncium uel per epistolam contrahi potest. ff. l. 1. §. fin. C. tt. 50. l. 9. §. fin.
Sub conditione contrahi põt. Inst. §. emptio.
Si sub conditione, Si uoluero: uel, Si uolueris. ff. l. 7. in prin. uers. nam si arbitrium. l. 35. §. illud constat. C. l. 13.
Si ut cum bestiis pugnet, seruum uendidit. ff. l. 42.
Si in alio loco quàm in quo res est, uẽdidit. C. l. 1. tt. 44. l. 15.
Si emptori à socero uenditoris denũciatum est, ne emat. C. tt. 44. l. 13.
Si arra data nulla sit. Inst. in pr. ff. l. 35. in pr.

6 *Ex consequentibus.*

Si instrumentum conscriptum non sit. Inst. §. in iis. C. l. 12.
De conscribendis instrumentis forma. Inst. §. in in iis. C. tt. 21. l. 16. in prin.
Si precium non sit numeratum. Inst. in prin. ff. l. 2. §. fin. C. l. 9. l. 12. §. fin.
Si conditio non sit impleta. ff. l. 7. in prin. l. 37. §. fin. tt. 6. l. 8. in prin. uers. quòd si sub.
Declaratur quæ sit conditionalis uenditio, quæ non. ff. l. 3. l. 7. in princ. l. 37. l. 41. tt. 2. l. 2. tt. 3. l. 1. tt. 6. l. 8. §. si ita res. C. tt. 58. l. 4. in prin.

DISTINGVITVR.

Si per emptorem stat quo minus impleatur. ff. l. 50
De conditione, si arbitrio domini rationes computarit. ff. l. 7. in prin. uers. sed utrum hæc.
Si causa non sit secuta, uel modus. C. tt. 44. l. 14. tt. 54. l. 6.
Si emptor uel uenditor pendente conditione mortuus sit. ff. tt. 6. l. 6. l. 8. §. quòd si pendente.
Si inter uenditorem & emptricẽ nuptiæ sint secutæ. C. l. 6.
Si res uendita interierit, uide j. De periculo rei uenditæ.
Si fundus antequam traderetur, publicatus sit. ff. lib. 19. tt. 2. l. 33. §. 1.
Si cum pignus ob debitum non solutum, uel bona ob cessationem tributorum uendita essent, debitor debitum uel precium offerat, uide s. lib. 16. cap. 6.
Si proximior cognatus uenditoris rem oblato precio retrahere uelit. C. l. 14.
Si socius uẽditoris retrahere uelit. C. tt. 52. l. 3. l. 4. li. 3. tt. 37. l. 1. in prin.
Si emptorem uel uenditorem pœnituerit, an contractum retractare possit? Inst. §. in iis autem. uers. donec enim aliquid. C. l. 12. §. fi. tt. 44. l. 3. l. 7. an si duplum precii offerat uenditor rescindi cupiens, sit audiendus? C. tt. 44. l. 6.
Si postea in contrarium paciscãtur emptor & uẽditor, uide paulo inferius cap. prox.

SVBDISTINCTIO GENERALIS.

Res bona fide empta uel uẽdita, propter minimam causam inempta fieri non debet. ff. l. 54.

DE RESCINDENDA VENDItione. ff. lib. 18. tt. 5. C. tt. 44. Cap. II.

¶ I. *An pacto posteriore uenditio fiat irrita?*

Inst. lib. 3. tt. fin. §. fin. ff. l. 3. in prin. tt. 1. l. 6. §. fin. li. 2. tt. 14. l. 7. §. adeò autem. C. tt. 45. l. 1. tt. 54. l. 8.

DISTINGVITVR:

1 *Ex personis paciscentium.*

Si pater uenditionis in contrarium paciscatur. ff.l.1.

Si uenditor cum altero hæredum emptoris pactus est. ff. li.2.tt.14. l.7.§.sed & cũ duo.

Si cum alius uendidisset, dominus rei uenditæ in contrarium pactus est. ff. lib.2.tt. 14.l.16.§.fin.

Si pupillus, qui primum sine tutoris autoritate pactus est, postea tutore autore paciscatur uel contra primum tutore autore. ff.l.1.§.sed quæritur.l.7.§.1.

2 *Ex re quam paciscuntur.*

Si aliquid priori pacto detrahitur uel adiicitur. ff.tt.1.l.72.

Si posteriore pacto precium augeatur, uel minuatur. ff.l.2.tt.1.l.72.§.an idem.

Si pro parte ab emptione recedatur. ff.lib. 2.tt.14.l.7.§.adeò autem.

Si cum prius illam aut illam rem emisset, postea conuenit ut alterius emptio tantum ualeat. ff.l.4.

Si id quod purè emptum est, sub conditione ematur. ff.l.7.in prin.

Si conditio mutetur. ff.tt.1.l.6.§.fin.

Si conuenit ne cautio duplæ præstetur, uel ut cum fideiussore cautio duplæ præstetur. ff.tt.1.l.72.in prin.

3 *Ex reliquis contingentibus.*

Si nudo pacto paciscant. ff.l.3.l.5.§.emptio.

Si acceptum feratur alteri ab altero. ff.l.5. in prin.

Si non re integra, sed re secuta precio soluto reque tradita in contrariũ paciscuntur. Inst.lib.3.tt.fi.§.fin. ff.l.2.§.fi.l.3.in prin. l.5.§.emptio.tt.1.l.6.§.fi.C. tt.45.l.1.l.2.

¶ II. *Cui sit utile pactum posterius?*

An alteri prosit, alteri non. ff.l.1.l.7.§.fin.

De fideiussoribus. ff.l.3.

De filio patre paciscente. ff.l.1.

¶ III. *Euentus rescissæ uenditionis.* uide infra cap.prox.

EVENTVS VENDITIONIS. Item de periculo & commodo rei uenditæ. Cap. III.

¶ *Euentus uenditionis.*

ff.lib.18.tt.1.

Venditor non habet necesse rem emptoris facere: at contra emptor habet necesse numos uenditoris facere. ff. l.25. lib.19. tt.1.l.11.in prin. uer.quæ res.l.30.§.fi.tt. 4.l.1.in prin.

Alienatio cum fit, cum sua causa dominium ad alium transit, quæ esset futura si res apud nos mansisset. ff.l.67.l.81.§.fi. quatenus autem trãsferatur dominium, uide alibi De dominio.

Emptori uenditoris iura prosunt ideoque eius defensionibus uti potest. ff. l.76.§. eum qui.libro.50.tt.17.l.198.§. plerunque.C.libro.8.tt.45.l.28.

Emptor onera agnoscere debet. C.tt.49.l. 13.in prin.

DISTINGVITVR:

Si conuenit ut onus fundi apud uenditorem remaneat. ff.lib.2. tt.14.l.42. C.tt.47.li. 11.tt.65.l.7.

Emptori non est necesse stare colono, cui prior dominus locauit, nisi ea lege emit. ff.lib.19.tt.2.l.25.§. qui fundum.C.lib. 4.tt.65..9.

Neque nocere neque prodesse emptori dolus uenditoris debet. ff. lib.19.tt.1.l.37. C.tt.48.l.3.

De exceptione rei uenditæ. ff.lib.21.tt.3.

Euentus rescissæ uenditionis.

Si arra data, alter sine alterius consensu à contractu nõdum perfecto recedat: siquidem emptor sit, perdit id quod arræ nomine dedit: sin autem uenditor, duplum præstare cogitur. Insti.§. ita tamen.C. tt. 21.l.16.§.fin.

De eo quod arræ nomine datum est, rescissa uenditione restituendo. ff.li.19.tt.1.l.11. §.is qui uina. §.ego illud.C.tt.45.l.2.tt. 49.l.3.l.54.l.1.

De precio repetendo. ff.l.16.l.22.l.23.l.41. §.fi.l.52.l.57.tt.4.l.7. tt.6.l.8.§.quod si pendẽte.li.19.tt.1.l.11.§.si quis uirginẽ. l.13.§.offerri. uers.vñ.l.47.C.tt.45.l.2.

De fructibus interim perceptis cuius sint. ff. tt.6.l.8.§. quòd si pendente.C.tt.54.l.6.

De dominio rei cuius interim sit. ff.tt.5.l.9.

¶ *De periculo & commodo rei uẽditæ.*

ff.lib.18.tt.6.C.tt.48.

Vtrius sit commodum & periculum rei uenditæ? Commodum eius esse debet, cuius & periculũ est. Inst.§.sed si post emptio-

nem uerſ. nam & commodum. C.tt.49.l. 12.periculum autem poſt perfectam emptionem regulariter ad emptorem pertinet:ergo & commodum. Inſt.§. cum auté emptio. §. ſed, ſi poſt. ff.l.7.in prin. l.8. in prin.uerſ.nam perfecta.C.l.1.l.2.§.1. l.5.

Declaratur,

quando dicatur perfecta uenditio. Inſt.in prin.§.cum aũt.ff.l.8.in pri.tt.1.l.2.§.fi.

Diſtinguitur ſequentibus modis.

1 *Ex tempore quo accidit periculum.*

Si ante exiſtentem cõditionem accidit, uenditoris periculum eſt.ff.l.8. in prin. uer. quod ſi ſub.

Subdiſtinguitur.

Si conuenit ut ante exiſtentem conditioné periculum ſit emptoris. ff.l.10. in prin.

Si res emptori ante conditionem exiſtentem tradita ſit.ff.l.8.in prin. uer. quod ſi pendente.

Si ita emit:Siue nauis ex Aſia uenerit, ſiue non.ff.l.8.§.ſi ita res.

Si cum res illa aut illa empta eſſet,ante electionem altera uel utraque perierit.ff.tt. 1.l.34.§.ſi emptio.

Si ante traditionem rei acciderit.Inſt.§.cũ autem.uer.tametſi.ff.l.14.tt.5.l.5.§.mortuo.lib.47.tt.2.l.14. in prin. uer. & ſanè. C.l.2.l.4.l.6.ff.lib.19.tt.1.l.36.

Subdiſtinguitur.

Si non ſtat per uenditorem quo minus tradat.C.l.4.l.6.

Si per emptorem ſtat quo minus ei res tradatur.ff.l.12.l.13.lib.19.tt.1.l.51. in prin.

Si res ab emptore ſignata ſit.ff.l.14.§.fin.l. 1.§.ſed ſi non.§.ſi dolium.

Si poſt claues traditas accidit.C.l.2.§.1.

Si antequam uinum deguſtaretur. ff.l.1.§. ſed ſi non.l.4.

Si antequam admenſa,adpenſa, adnumerata ve ſunt.ff.tt.1.l.35.§.in iis quæ. uſque ad §.fin.

Si antequam uinum admetiatur.ff.l.1.§.ſed & cuſtodiã.l.2.§.fi.l.5.tt.1.l.35.§.ſed etſi.

Si antequam fundus admetiatur.ff.l.10.§.fi.

Si antequam auehatur uel tollatur uinum. ff.l.4. §.ſi auerſione. §.uino autem.l.5.l. 15.tt.1.l.62.§.fi.

Si intra diem quo res emptori addicta eſt accidit.ff.tt.2.l.2. §.fin. l.3.l.7. §.fundo.

Si cum emptor ſeruum emptum conductum rogaſſet donec precium ſolueret, acciderit.ff.l.16.

2 *Ex antecedentibus.*

Si uenditor in ſe periculum recepit.Inſt.§. quod ſi fugerit.ff.l.1.§.1. uſque ad.§. ſed & cuſtodiam.tt.1.l.78.§. fin. C.tt.58.l.3.

3 *Ex ſpecie damni dati.*

Si uinum uenditum acuerit, uel quid aliud uicii ſuſtituerit, uel effuſum ſit.ff.l.1. in prin.l.4.in prin.uſque ad §.fi.l.15.C.l.2. tt.49.l.12.

Si res furto ablata ſit,uel ſeruus fugerit.Inſti. §.q̃ ſi fugerit.ff.l.14.§.fi.tt.1.l.3.§.ſi res uendita.lib.47.tt.2.l.14 in prin.

Si res euincatur emptori.C.l.1.

Si ædilis lectos emptos in uia publica poſitos concidit.ff.l.12.l.13.l.14. in prin.

Si princeps prædia empta diſtrahat,uel militibus aſſignet.ff. lib.21.tt.2.l.11. in prin.

Si inſula uendita igne combuſta ſit.ff.l.u.

4 *Ex cauſa damni dati.*

Si dolo uenditoris factum ſit.Inſt. §.itaque ſi homo uer.quidquid. §.quod ſi fugerit. ff.l.5.l.16.§.fi.C.l.3.

Si culpa uel negligentia uenditoris factum ſit.Inſt.§.itaque ſi homo. uerſi.quidquid §.quod ſi fugerit.Vide inſuper paulo inferius.uer.Si uenditor cuſtodiam.

Si iuſſu uenditoris ſeruus uenditus aliquid fecit ex quo crus fregit, uel aliud damnũ paſſus eſt.ff.lib.19.tt.1.l.54. in prin.

5 *Ex reliquis contingentibus.*

Si uenditor cuſtodiam rei debeat.ff.l.2.§.fi. l.3.l.11.lib.19.tt.1.l.31.in prin.

Si cum Stichus aut Pamphilus emptus eſſet,alter ante electioné mortuus ſit.ff.tt. 1.l.34.§.ſi emptio.

DE ACTIONE EMPTI.

ff.lib.19.tt.1.C.tt.49.

Cap. IIII.

¶ I. *Cauſæ ex quibus cõpetit hæc actio?*

In hoc iudicio id demum deducitur, quod præſtari conuenit, quòd ſi nihil conuenit,tunc ea præſtabuntur, quæ naturaliter inſunt huius iudicii poteſtate.ff.l.11. in prin.lib.2.tt.14.l.44.

Si igitur uenditor non præstat id de quo cõ uenit, actione empti tenetur. ff. l. 2. ĩ prin. l. 6. §. si dolo. l. 11. in prin. li. 2. tt. 14. l. 44.

Si dolo egit, & contra bonam fidem. ff. l. 1. §. uenditor. l. 6. §. si uas. §. si dolo malo. l. 11. §. denique ad. uer. dolum planè. uer. quia dolum. l. 39. §. fi. lib. 18. tt. 1. l. 43. §. fi.

Si non tradat rem. ff. l. 1. in prin. l. 11. in prin. uer. & in primis. §. & ex empto. l. 40. li. 18. tt. 1. l. 68. §. fin.

Si non debito tempore uel loco tradat. ff. l. 3. §. si per uenditorem. C. l. 10.

Si non tantum ac tale, quantum & quale uẽdidit, tradat. ff. l. 21. §. quamuis. C. l. 12. Quid autem, quantum & quale tradendum, uide. ĩ. Quid ueniat in hac actione.

Si dissimulat rei conditionem, onus uel uicium, uel obscurè loquitur. ff. lib. 18. tt. 1. l. 43. §. fi. li. 19. tt. 1. l. 13. §. idem Iulianus, l. 21. §. 1. l. 39.

Si non indicat seruitutem quæ debetur prædio, uel à prædio. ff. l. 1. §. uenditor. usque ad fi. legis. l. 35. l. 39. §. cum hoc. & lib. 18. tt. 1. l. 66. §. si cum seruitus. lib. 21. tt. 2. l. 69. §. sed etsi quis. uer. sicuti qui. tt. 1. l. 61

Si non indicat annuam pensionem quam debet domus pro aquæductu. ff. l. 41.

Si in uendendo fundo fines & iura eius non indicat uel ostendit. ff. l. 48.

Si confinem in uendendo fundo celat. ff. lib. 18. tt. 1. l. 35. §. fi. l. 63. §. fi.

Si in uendendo fundo partem, quam non possidet, non indicat. ff. l. 39.

Si in uendendo mancipio nationem eius nõ indicat. ff. li. 21. tt. 1. l. 31. §. qui mancipia.

Si rem alienam sciens uendidit, uide infra cap. 7. lib. eo.

Si rem quasi obligatam sibi, quæ nõ est obligata, uendidit creditor. ff. l. 11. §. sñiam.

Si rem sacram, religiosam, publicam, uel hominem liberum uendat sciens. Inst. §. fin. ff. lib. 18. tt. 1. l. 62. §. qui nesciens.

Si locum religiosum pro puro uendidit. ff. lib. 11. tt. 7. l. 8. §. 1.

Si emptori rem eius uendat. ff. l. 5. in prin. uel rem quæ emptori sub conditione legata est. ff. l. 29.

Si rem non integra uendat sciens. ff. l. 9. §. si uas. lib. 21. tt. 1. l. 33. in prin.

Si interpollata pro nouis uẽdat, uel orichalcum pro auro. ff. lib. 18. tt. 1. l. 45.

Si massam auro coopertam pro solida uendat. ff. lib. 18. tt. 1. l. 41. §. fi.

Si pecus morbosum, aut tignum uiciosum uendat. ff. l. 13. in prin. l. 27. l. 54. §. fi.

Si partum ex ancilla sterili uel annosa uendat. ff. l. 21. in prin.

Si seruum furem, fugitiuum uel noxium uẽdat. ff. l. 4. in prin. l. 13. §. item qui furem. l. 11. §. etiam si ignorans. §. idem libro. li. 21. tt. 1. l. 44. §. fi. Vide de hac cã. ĩ. c. prox.

Si mulierem pro uirgine uendat. ff. l. 11. §. si quis uirginem.

Si eum cui fideicommissaria libertas debet, pro seruo uẽdat. ff. l. 43. in prin. l. 45. §. fi.

Si in uendendo statulibero cõditionem sub qua manumissus, est non indicat. ff. lib. 21. tt. 2. l. 69. §. sed etsi quis. li. 40. tt. 7. l. 9. §. 1.

Si statu liberum uenditum quinque dare iussum, dicat decem iussum dare. ff. l. 42. §. fin. lib. 40. tt. 7. l. 10.

Si uenditor dolo fecit quo pluris uenderet, puta de artificio mentitus, aut de peculio. ff. l. 13. §. si uenditæ.

Si interrogatus negat seruitutem debitam deberi. ff. l. 1. §. sed scire.

Si modus agri minor inueniatur quàm uenditor dixit. ff. l. 2. in prin. l. 4. §. si modus. l. 6. in prin. l. 13. §. Titius. l. 22. l. 42. li. 18. tt. 1. l. 40. in pri. li. 21. tt. 2. l. 45. l. 69. §. fi.

Si fundus uenditus plus oneris habeat, quã uenditor dixit. ff. l. 13. §. idem Iulianus. l. 21. §. si prædii.

Si minor fundi capitatio dicta est à uenditore. C. l. 9.

Si in qualitate fundi mentitus est. ff. l. 22.

Si in qualitate iugerum captio est. ff. l. 34.

Si per collusionem imaginarium colonum circumueniendi emptoris causa supposuit. ff. l. 49. in prin.

Si uas non tantum capit uel tantum pondus habeat, quantum uenditor dixit. item si non sit integrum. ff. l. 6. §. si uas.

Si rei uenditæ aliquid accessurum dixit uenditor, nec id accedit. ff. l. 6. §. si tibi iter. l. 11. §. si quis rem. l. 26. l. 27.

Si fundũ deducto usufructu uendens, dicat usumfructum Titii esse, cũ sit Seii. ff. l. 7.

Si cum liberum deberet dare prędium, seruũ tradidit. ff. l. 8. li. 4. tt. 3. l. 7. §. non solum.

Si

Si ædes quas uendidit, dixit seruas fore, liberas tradere nō tenet. ff. li. 8. tt. 4. l. 7. i pri.

Si emptorem minoribus ponderibus circumscribat. ff. l. 32. lib. 48. tt. 10. l. 32.

Si iactu empto piscator rete iactare nolit, uel quod extraxit piscium emptori non det. ff. l. 12.

DISTINGVITVR:

Si nihil capiat. ff. l. 11. §. fi. uersi. ueluti cum futurum.

Si emptorem qui pendentem uindemiam emit, uuas legere, lectas calcare, uel mustum enchere prohibeat. ff. l. 25.

Si conditionem, sub qua emptio facta est, non implet. ff. lib. 18. tt. 1. l. 41.

Si fundo in diem addicto, uenditor simulauerit meliorem conditionem allatam. ff. lib. 18. tt. 2. l. 14. in prin.

Si non diligentiam & custodiam prestat uenditor. ff. l. 39.

Si uinum uenditum effundit. ff. lib. 18. tt. 6. l. 1. §. licet autem, usq; ad fi. leg. l. 2. in pri.

Si seruum uenditū manumisit. ff. l. 23. C. l. 11.

Si prædio uendito ædificia diruit, uineas extirpauit, arbores excidit. ff. lib. 4. tt. 3. l. 7. §. non solum.

Si faciat ne fructus, uel partus in futurū emptus nascatur. ff. lib. 18. tt. 1. l. 8. in prin.

Si prædium obligatum non liberat. ff. l. 52. §. prediū. li. 18. tt. 1. l. 41. C. li. 8. tt. 45. l. 5.

Si cum id quod à colono exegisset accessurū dixisset, à colono non exigat. ff. lib. 18. tt. 1. l. 68. in prin. lib. 19. tt. 1. l. 13. §. in his.

Si propè locum sepulchri, quem uendidit, ædificet. ff. l. 6. §. si locum.

Si p uenditorē factū sit quo minus fundum emptor possideat. ff. li. 18. tt. 1. l. 68. §. ferè.

Si res emptori euincatur, uel possessio auocetur. ff. l. 3. in prin. C. tt. 48. l. 1. uide infra De euictione.

Si fundum ante traditionem publicatus sit. ff. tt. 2. l. 33. §. nam etsi.

Si in possessione tradita alius sit legatorum seruandorum causa uel uentris nomine. ff. l. 2. §. uacua.

Si emptorem in possessione priorem nō præstet. ff. l. 11. §. idem Neratius. C. lib. 8. tt. 46. l. 1. §. fin.

Si emptor de fundo expellatur. C. l. 17.

Si emptor serui uenditi nomine noxali iudicio conuentus & condemnatus sit. ff. l. 11. §. idem libro.

Si cum colono habitationem excepisset uenditor, is damnum dederit. ff. l. 13. §. si uenditor.

Si ante traditionem domus damni infecti stipulationem non interposuit. ff. l. 36.

Si cum boues uendidisset ea lege ut experiūdos daret: postea in experiundo emptoris seruus percussus sit ab altero boue. ff. lib. 9. tt. 2. l. 52. §. quidam boues.

De reliquis, uide infra. Quid ueniat in hac actione.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si ignorans sine dolo malo fecit uenditor. ff. l. 6. in prin. l. 11. §. etiam si. l. 13. in prin. §. in his autem. l. 21. §. 1. §. quamuis.

Si emptor sciuit. ff. l. 1. §. uenditor. uer. si modo. §. fin. lib. 44. tt. 4. l. 4. §. item Labeo. C. l. 9. §. fin.

Si non sit adiectum in uenditione: dolum malum à uenditore abfuturum. ff. lib. 18. tt. 1. l. 68. §. 1.

Si uenditio sit inutilis, uide supra c. 1. li. eo.

Si res aliena uendita sit. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. §. si à Titio ibi, etsi ipse. lib. 19. tt. 1. l. 46.

Si emptor capite sit diminutus. ff. l. 24 in prin.

Si emptor ex duplæ stipulatione litis æstimationē cōsecutus est. ff. l. 11. §. Cassius.

Si cum partem uendidisset uenditor, & antequam traderet iudicio communi diuidundo à socio prouocatus esset eique tota res adiudicata: emptor totā rem suscipere nolit. ff. li. 10. tt. 3. l. 7. §. si debitor. uer. nam etsi. item si licitatione uictus sit uenditor, partemque socio dederit. Ibidem uer. sed etsi.

Si nondum precium sit solutum. ff. l. 13. §. offerri. C. tt. 49. l. 8. §. fi.

Subdistinguitur.

Si aliqua lege precium debere desii. ff. l. 50.

Si solutum quidem est, sed non totum. ff. lib. 21. tt. 1. l. 57. in prin. l. 31. §. idem Marcellus. lib. 18. tt. 1. l. 78. §. qui fundum.

¶ II. *Quibus competit hæc actio?*

De emptore. ff. l. 11. in prin.

De duobus eandem rem diuerso tempore ementibus, utri detur actio. ff. l. 31. §. fi. li. 44. tt. 4. l. 4. §. si à Titio. uide supra.

De rei uendicatione.

Si seruus emit, cui competat actio? ff. l. 24. §. seruum. lib. 21. tt. 1. l. 31. §. idem Marcellus. l. 43. § fin. lib. 12. tt. 1. l. 31. §. seruum. usq; ad fin. legis.

Si sibi & Titio emit, an Titio cōpetat actio. ff. lib. 18. tt. 1. l. 64.

De eo qui emit, & eo cuius pecunia res empta est. C. tt. 50. l. 1. l. 8. l. 9. tt. 19. l. 21. lib. 3. tt. 32. l. 6. l. 8.

De eo qui emit, & eo cuius nomine emptū est, item cuius nomen in instrumento cōceptum est. C. tt. 50.

¶ *III. Aduersus quos competit empti actio?*

De domino procuratore uendente. ff. l. 13. §. si procura.

De filiofamiliàs uendente. ff. l. 6. §. si filiusfamiliàs.

De pupillo tutoribus dolo facientibus. ff. l. 13. §. sed cum in facto.

De hæredibus. ff. l. 47. l. 52. §. prædium.

De ipso seruo uendito pupillo, à quo uenditus erat, substituto. ff. lib. 21. tt. 2. l. 7.

De pluribus uenditoribus: utrum singuli in solidum, an pro parte teneantur. ff. tt. 2. l. 49. lib. 21. tt. 1. l. 44. §. proponitur.

¶ *IIII. Quid ueniat in empti actione?*

Venit in hac actione, ut aut det aut faciat aliquid uenditor.

¶ *I In dando consistit.*

Vt rem tradat, de quo uide s̃. in prin. huius capitis. uers. Si non tradat rem. item paulo inferius quid, quale, & quantum, &c.

Vt rescissa uēditione precium & arram emptori reddat: de quo uide s̃. cap. 3. li. eod. Euentus rescissæ uenditionis.

Vt nisi det uel faciat quod debet, præstat interesse. ut,

Si non tradit rem. ff. l. 1. in prin. l. 3. §. si per uenditorem. l. 11. §. & ex empto. l. 21. §. cum per uenditorem. C. l. 4. l. 12.

Si non satisdat, uel dupla non promittitur. ff. l. 11. §. & ex empto. libr. 21. tt. 2. l. 2. tt. 1. l. 28.

Si sciens quid aut ignorans facit. ff. l. 13. in prin.

De reliquis causis quibus ad interesse agitur, & quanti æstimatio facienda est, uide s̃. Causas ex quibus cōpetit hæc actio.

Si hæres uēditoris conueniatur, an teneatur pœnam & usuras. ff. l. 47.

Si fideiussor uel dominus serui uendentis cōueniatur. ff. l. 24. §. fin.

Vt actionem præstet.

Si res uenditori ui, uel furto ablata sit. ff. l. 31. in prin. lib. 47. tt. 2. l. 14. in prin.

Si conuenit ut salarium quod ab illa persona debebatur, emptori cederet. ff. l. 52. §. inter.

Veniunt insuper à uenditore danda ea, de quib. sequitur.

De fructibus. ff. lib. 18. tt. 1. l. 40. §. cum fundun. l. 80. §. sylua. tt. 4. l. 21. §. at cum hæredes. lib. 19. tt. 1. l. 3. §. si emptor. l. 3. §. si fructibus. lib. 22. tt. 1. l. 38. §. ex causa emptionis. l. 4. §. uerùm si emptor. C. tt. 49. l. 2. §. fin. l. 13. in prin.

De eo quod postea accessit, & omni commodo. ff. libr. 18. tt. 1. l. 31. lib. 19. tt. 1. l. 13. §. sed etsi. Vide insuper s̃. De periculo & cōmodo rei uenditæ, cap. 3. lib. eod.

De partu ancillæ uenditæ. ff. lib. 22. tt. 1. l. 4. §. si uerò potest. li. 40. tt. 5. l. 41. §. Lucia.

De fœtu pecorum. C. tt. 49. l. 16.

De eo quod accessurum dixit uenditor. ff. li. 18. tt. 1. l. 34. in prin. l. 40. l. 60. §. penult. l. 68. in prin. lib. 19. tt. 1. l. 6. §. si tibi iter. l. 11. §. si quis rem. l. 26. l. 27. l. 53. in pr. tt. 2. l. 58. in prin.

Si aquam accessuram dixit, an & uia aquæ debeatur. ff. lib. 18. tt. 1. l. 40. §. in lege.

De iis quæ excepit uenditor. ff. lib. 18. tt. 1. l. 40. §. fundi. §. cum fundum. l. 72. §. fin. l. 77. l. 80. in prin. C. lib. 3. tt. 39. l. 1.

Si ruta cœsa excepta sunt. ff. l. 17. §. si ruta.

Si emptor uina emit, exceptis acidis & mucidis: an postea acida & mucida si uelit petere póssit. ff. lib. 18. tt. 6. l. 6.

Si illa res aut illa uendita sit, quæ debeatur. ff. lib. 18. tt. 1. l. 25. l. 34. §. si emptio.

Si plures serui sint eiusdem nominis, ut non appareat de quo senserint. ff. li. 18. tt. 1. l. 34. in prin.

Si plures res uno precio emptæ sunt, de singulis ex empto agi potest. ff. lib. 19. tt. 1. l. 33.

De eo quod cōsecutus est uenditor rē ablatam persequendo. ff. lib. 47. tt. 2. l. 14. in prin.

De eo quod consecutus est nominis uéditor à debitore.ff.lib.44.tt.4.l.4.§.quòd si is.
De instrumentis rei uenditę.ff.l.52.in prin.
De rutis & cæsis.ff.l.17.§.si ruta cæsa.l.18. lib.18.tt.1.l.66.§.fin.lib.50.tt.16.l.241.
Aedibus uenditis quid ueniat.ff.l.13.§.fin. l.14.l.15.l.16.l.17.in prin.§.quæ pictæ. §.Labeo.usq; ad §.si l.18.l.38.§.firmius. l.52.§.fin.li.18.tt.1.l.40.§.fin.l.47.l.48. l.49 lib.39 tt.2 l.47 lib.50.tt.16.l.242. §.plumbum.§.fin l.245.
Fundo uendito quid ueniat. ff.l.15.l.16.l. 17.in prin. usq; ad §.quæ pictæ.§.si.l.48. l.53.§.si eum.lib.18.tt.1.l.51.l.59.l.66. in prin.l.73.tt.6.l.7.§.fin. l.9.lib.8.tt.5. l.20.§.plures.ff.lib.41.tt.1.l.30.in prin.
Tabernis uel cæteris quæ in solo publico sunt uenditis.ff.lib.18.tt.1.l.32.
Seruo uendito quid ueniat.
De peculio serui.ff.lib.18.tt.1.l.29.lib.21. tt.2.l.3.lib.19.tt.1.l.23.
De eo quod per seruum uenditum uenditor adquisiuit.ff.l.13.§.si quid seruo.l. 23.lib.21.tt.1.l.23.§.fin.tt.2.l.51.§.non mirum.
De eo quod emptor per seruum adquirere potuit.ff.l.31.in prin.uers.& non solum.
De eo quod statu liber uenditore conditionis implendæ causa dedit.ff.lib.44.tt.4. l.3.
Si lacu empto,& circa eum 10.pedes, lacus in 10.pedes creuerit:an alii 10.pedes debeantur.ff.li.18.tt.1.l.69.
Horreis uenditis,ueniunt & dolia ibi defossa.ff.lib.18.tt.1.l.76.in prin.
Silua in quinquenniũ uendita, utrum glans decidens emptori debeatur. ff. lib.18.tt. 1.l.80.§.sylua.
Si cum suam partem fundi communis uendidisset socius, & antequã traderet accepto communi diuidũdo iudicio totus fundus uenditori uel socio eius sit adiudicatus, ff.l.13.§.idem Celsus.

Quantum & quale tradendum.

Qua mensura utendum.ff.lib.18.tt.1.l.71.
Si quis fructum oliuæ pendentis uendens stipulatus est pro 10.pondo olei precium: & plus uel minus natum sit.ff.lib.18.tt.1.l. 39.§.uerisimile.
Si seruus iussu domini in demonstrandis finibus agri errore uel dolo plus demonstrauerit.ff.li.18.tt.1.l.18.§.fin.
Si uédito homine dixerit peculium eum habere decem,cum plus minusve habeat.ff. l.38.in prin.
Vltra modum tritici distracti emptor exigere non potest C.tt.49 l.15.
Res uendita talis præstari debet qualis est. ff.lib 18.tt.1.l.59.
Si seruum coquum dixit, uel optimum coquum,&c.qualem præstare debeat.ff.lib. 21.tt.1.l.18.§.fin.l.19.§.illud.lib.18.tt. 1.l.59.
Quidquid uenditor accessurum dixit, id integrum ac sanum tradi oportet.ff.lib.19. tt.1.l.27.l.54.§.fin. libr.21.tt.1.l.33.in prin.

¶ 2 *In faciendo consistit.*

Vt prædium obligatum liberet uenditor. ff. l.52.§.prædium.lib.18.tt.1.l.41.C.lib.8. tt.45.l.5.
Vt cum eo cui habitationem excepit, uenditor agat.ff.l.13.§.penult.
Vt caueat uenditor,uide paulo inferius.
Vt emptio distrahatur. ff.l.11.§.is qui uinum.
Vt res redhibeatur.ff.l.11.§.redhibitione.§. si quis uirginem.
Vt rem,quæ ita,si displicuisset reddi, empta est,recipiat.ff.lib.18.tt.5.l.6.
De reliquis,uide š.Causas ex quib.competit hæc actio.

¶ *De cautione De dupla.*

1 *Duplam quoq; uenditor emptori promittere debet,potestq; ut hoc fiat ex empto agi.* ff.lib.21.tt.2.l.37.in prin. lib.19.tt.1.l. 11.§.& ex empto.

Distinguitur sequentibus modis:

Si res sit minus pretiosa.ff.lib.21.tt.2.l.37. §.1.
Si seruus uendatur.ff.lib.21.tt.2.l.37.§.per edictum.
Si aliud cõuenit.ff.lib.21.tt.2.l.37.in prin. lib.19.tt.1.l.11.§.deniq;.
Si non spõte, sed à prætore iussus distrahat §.li.10.tt.2.l.49.in prin.
Si cautum uel promissum sit.

Subdistinguitur sequentibus modis:

Si simpla pro dupla promissa est.ff.lib.21.tt. 2.l.37.§.fin.

Si di-

Si dictum non sit, quantum uenditorem pro euictione præstare oporteat. ff. lib. 21. tt. 2. l. 60.

2 *Quid, seu de qua re cauendum?*

Rem emptori habere licere. ff. l. 11. §. & ex empto.

Vendito itinere, actu, uia, &c. per se non fieri quo minus ire agere liceat. ff. l. 3. §. si iter.

Animalia uendita sana præstari, esse, bibere ut oportet. ff. l. 11. §. animalium.

Seruum uenditum sanum esse, fugitiuum, errorem non esse, noxa solutum esse, ff. lib. 21. tt. 1. l. 31. §. quia assidua. C. tt. 49. l. 14.

3 *In quantum cauendum.*

In simplum, duplum, triplum, &c. ut conuenit. ff. lib. 21. tt. 2. l. 56. in prin. l. 74. in prin. l. 6.

4 *Quo cautionis genere cauendum?*

Ex consuetudine eius regionis in qua negocium gestum est, caueri oportet. ff. li. 21. tt. 2. l. 6.

Vt satisdet non est cogendus uenditor, sed sufficit nuda repromissio, nisi aliud conuenit. ff. lib. 21. tt. 2. l. 4. in prin. l. 37. in prin. l. 56. in prin. uers. non tamen.

5 *Euentus si non caueatur.*

Vide s. membr. eod. 4. uers. Si nõ satisdat.

De actione si cautum sit, uide j.

¶ *V. Quando & quandiu competit hæc actio?*

Non ante existentem conditionem contractus. ff. li. 21. tt. 1. l. 43. §. si sub cõditione.

Empti actio longi temporis præscriptione non submouetur. C. lib. 8. tt. 45. l. 21.

¶ *VI. Adiuncta harum actionum.*

De pactis obscuris & ambiguis interpretandis. ff. lib. 18. tt. 1. l. 21. l. 33. l. 34. in prin. li. 8. tt. 2. l. 16. §. hæc lex. lib. 50. tt. 17. l. 132.

De dolo probando, uide s. cap. 1. uers. Si dolo aduersarii deceptus uendidit. lib. eod.

In emptis & uenditis potius id quod actum quàm id quod dictum est, est sequẽdum. ff. lib. 18. tt. 1. l. 6. §. 1. uers. in emptis.

¶ *VII. Adfinia remedia.*

Qui ex empto potest conueniri, idem etiam redhibitoriis actionib. conueniri potest. ff. libr. 21. tt. 1. ll. 19. §. dictum. uers. nam & qui.

De actione duplæ si cautum sit, uide j.

Si hæres testamento uendere iussus uendiderit, etiam ex testamento actio est. ff. l. 5. in prin.

De exceptione petenti precium opponẽda. ff. l. 25. C. lib. 8. tt. 45. l. 5.

Si empta uindemia uuas legere, calcare uel euehere prohibeatur à uẽditore emptor, exceptio ad exhibẽdum, item & iniuriarũ actio competit. ff. l. 25.

Si ita res empta est, ut si displicuisset redderetur: etiã in factum actio est. ff. lib. 18. tt. 5. l. 6. lib. 21. tt. 1. l. 41. §. si quid ita. usq; ad §. fin. C. tt. 58. l. 4.

Arra etiam condici potest uenditori, quasi ob causam datus causa finita. ff. l. 11. §. ego illud.

Si emptor post precium solutum capite deminutus est, indebiti cõdictionem habet. ff. l. 24. in prin.

De condicendo precio & arra emptione rescissa, uide s. cap. 3. Euentus rescissæ uenditionis.

Si is qui uenditorem obligatũ habet, emptori hæres extiterit, uel uenditor uenditori, duplex est actio, propria & hereditaria. ff. l. 10.

Si uenditor alii rem tradiderit. ff. lib. 17. tt. 1. l. 22. §. fugitiuus.

DE ACTIONE REDHIBITORIA. ff. lib. 21. tt. 1. C. tt. 58.

Cap. V.

¶ I. *Ratio huius actionis.*

ff. l. 1. §. causa huius. l. 38. §. causa autem.

¶ *II. Causæ ex quibus datur.*

Si in uendendo mancipium uel iumentum uitiosum uel morbosum, uenditor uitiũ eius vel morbũ celauerit, neq; palàm uel rectè pronunciauerit. ff. l. 1. §. 1. l. 38. in prin.

Declaratur & distinguitur ut infrà.

Si aduersus quàm dictum promissumve sit, cum ueniret fuerit. ff. l. 1. §. 1. uers. siue aduersus. in prin. l. 38. §. non tantum.

Declaratur. ff. l. 17. §. fin. l. 18. in prin. uer. uerbi gratia. l. 19. §. dictum à prox.

Distinguitur. ff. l. 18. §. hæc omnia. l. 19. in prin. §. ea autem. §. illud. l. 31. §. si uenditor. l. 52. lib. 18. tt. 1. l. 43. in prin. lib. 4. tt. 3. l. 37.

3.l.37.C.lib.8.tt.38.l.8. Vide insuper s̄. cap. prox. membr. Quid ueniat. uers. res uendita talis. cum sequent.

Si ueterator pro nouicio ueneat.ff. l.37.Declaratur.ff. l.65.§.seruus.

Si iumenta optime ornata uendens,ornamẽta emptori non tradiderit.ff.l.38.in prin. §.uendendi autem.

Si quid ita uenierit,ut si displicuisset redhibeatur. ff.l.31.§.si quid ita. usq; ad §. fi. lib.18. tt.5.l.6,C.tt.58.l.4.

De reliquis causis ex quibus redhiberi solet,uide s̄ ca. prox, Causas ex quibus empti actio competit.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex genere et qualitate uitij uel morbi quem celauit uenditor.*

Definitio & diuisio morbi.ff.l.1.§.sed sciendum.

Differentia uitij & morbi.ff.l. 1.§. sed sciendum.uers.uitiumq;.l.5.

Si animi sit uitium.ff.l.1.§.apud Vinianum, §.fin l.2.l.3.l.4.in prin.§. animi. usq; ad §.illud.l.65.in prin.

Si leue sit uitium uel morbus. ff. l. 1.§. sed sciendum.uers.proinde si. l.4.§ fin.

Si temporarius sit morbus. ff. l.6. in prin. l. 53.l.65.§.quoties.

Species morborum & uitiorum quæ tenetur prestare uenditor uel non.ff.l.1.§.exẽpli itaq; gratia.usq; ad fin. legis. cum ll. sequentib.usq; ad l.14.§. si uenditor. l.15. l.50.l 53.l.65.in prin.usque ad §. seruus. Sequitur nunc de morbis & uitijs iumentorum.ff. l.38. §. loquuntur. §. sed enim sunt.usq; ad §.non tantum.l.43.in prin.

Si erro uel fugitiuus sit seruus. ff.l.1.§.1.l. §.animi autem.

Declaratur qui sint fugitiui.ff. l.17. in prin. usq; ad §.quod aiunt.l.43. §. qui ad amicum. usque ad §. mortis. l.64.§. fin. lib. 50.tt.16.l.225.

Declaratur quis sit erro.ff.l.17.§.erronẽ ita desinit.l.64.§.fi.lib.50.tt. 16.l.225.§. fi.

Si noxa solutus non sit seruus.ff.l.1.§.1.

Declaratur qui sint noxa soluti. ff. l.17. §. quod aiunt.usq; ad §.si quis. li.50. tt.16. l. 174.l.200.

DISTINGVITVR:

Si seruus domino furtum fecerit.ff.l.31.§. si uenditor.l.52.

Si mãcipium capitalem fraudem admiserit, aut mortis consciscendæ causa quid fecerit:uel in arenam depugnãdi causa ad bestias intromissus fuerit.ff.l.1.§.1.uers. itẽ si quod mancipium.

Declarat & distinguit.ff.l.23.§. excipit etiã ille.usq; ad §.si seruus.l.43.§.mortis.

Si seruus datus non sit sanus, neque furtis noxisque solutus:& si sit fugitiuus.ff.l.2.

Si res data euicta sit.ff.l.1.§.unde si ea res. C.l.1.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si res aliena data sit.ff.l.1.§.ideoque Pedius.

Si nudo consensu re non tradita permutatio sit contracta.ff.l.1.§.item emptio.C.l.3.

Si res periit.ff. tt.5. l.5.§.& si quidem. uer. sed si schyphos.

2 *Aduersus quos datur.*

De hærede eius cui permutata res est, & eo cui is uendidit.C.l.4.

3 *Quid ueniat in ea.*

Non quantum interest,sed ut uel placitis stetur uel res tradita reddatur.ff.l.1.§.fin. tt.5. l.5. §.etsi quidem. C.l.1. l.4. §.fin. l.5.l.7.

4 *Quæ actio detur:& Adfinia remedia.*

Actio in factum & præscriptis uerbis.ff.l.1. §.unde si ea res. tt.5. l.5. §.& si quidem. C.l.4.

Actio ex stipulatu.C.l.4.

Condictio causa dati, causa non secuta ff.l. 1.§.fi.tt.5.l.5.§.etsi quidem. uer. si meũ. C.l.4.§.fi.l.5.l.7.

Actio in rem.C.l.4.in prin.

FINIS LIBRI DECIMIOCTAVI.

DE RELIQVIS OBLIGATIONIBVS QVAE CONSENSV CONTRAHANTVR, CVM SVIS ACTIONIBVS:

LIBER DECIMVSNONVS.

DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.Inst.lib.3.tt.25.ff.lib. 19.tt.2.C.lib.4.tt.65. Cap. I.

¶ I. *Genus & causa huius contractus.*

Naturalis est,& iurisgentium.ff.l.1.

Non uerbis, sed consensu contrahitur.ff.l. 1.l.14.§.& huiusmodi.

Bonæ fidei contractus est.C.l.2.l.17.

¶ II. *Nomen.*

Veteres locatione & conductione in appellationibus promiscuè utebantur.ff.lib.19. tt.1.l 20.

Si

¶ *III. Simile.*

Proximus est emptioni & uenditioni hic contractus, iisdemque iuris regulis constat. Inst. in prin. usque ad.§.conductor. ff.l.2.

¶ *IIII. Euentus.*

Locatio dominium non mutat.ff.l.39.

Messe ab alio sublata domino condictio frumenti competit.ff.l.60.§.messem.

De reliquis, uide infra Action. locati & conducti.

¶ *V. An sit utilis hic contractus ut ex eo competat actio?*

DISTINGVITVR:

1 *Ex re quæ locatur uel conducitur.*

Si aliena res locata sit.ff.l.9.§.fi.

Si rem suam quis conduxerit.C.l.20.l.23.

Si res uendita emptori locetur, donec precium soluat. ff.l.20.§.fi.l.21.l.22.in prin.

Si seruitus locetur.ff.l.44.

2 *Ex re uel mercede qua locatur.*

Si de mercede nondum conuenit. Inst. in prin.ff.l.2.in prin.

Si merces alieno arbitrio promissa sit. Inst. in prin.ff.l.25.in prin.

Si ita: Quanti Titius æstimauerit.Inst.tt.24 §.quod ius cum.ff. l.25.in prin.C.tt.38. l.15.§.fi.

Si res non pecunia pro mercede detur.ff.tt. 5.l.5.§.at cum do.

Si locator quis pro mercede aliam rem à cõductore fruendam accipiat. Inst. §. præterea.ff.l.35.§.fundum.

Si pluris uel minoris conduxit. ff.l.22. §.fi. l.23.

Si uno numo conduxit. ff. l.46. lib.41.tt.2. l.10.in fi.

3 *Ex persona conductoris.*

Si miles prædia conduxerit.C.l.31.l.34.ff. l.50.

Si curialis homo prędia conduxerit.C.l.30.

Si tutor uel curator res fisci uel imperatoris conduxerit.ff.l.49.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si donationis causa locet. ff. l.20. in prin. l.46.

Si error interueniat, ut si ego decem locauero, tute quinque conducere existimens, uel contra.ff.l.52.

Si res æstimata datur.ff.l.3.l.54.§.fin.

Si sub conditione locauerit.ff.l.10.in prin.

Si locauerit hoc modo: Quandiu uolam.ff. l.4.

Si in perpetuum locauerit. Institu.§.adeò autem.

Si nulla scriptura interuenerit. ff.l.14. C. l.24.

5 *Ex consequentibus.*

Si re locata quoad locator uoluerit, locator mortuus sit.ff.l.4.

Si fructuarius, qui rem locauit, mortuus sit. ff.l.9.§.huic subiungi.

Si conductor mortuus sit. Inst.§.fi.C.l.10. Vide insuper infra c. prox. membr.2.uer. De hæredibus.

Si cum merces in arbitrium collata esset, is arbitrari nolit, uel non possit, uide supra uer. Si ita: Quanti Titius æstimauerit.

Si pensio remissa sit.ff.l.5.

Si res locata interiit.ff.l.9.§. huic subiungi. uer.non magis.l. 33.

Si fundus locatus publicatus sit.ff.l.33.

Si locator fundum alii legauerit.ff.l.32.

Si locator usumfructum fundi colono legauerit.ff.lib.7.tt.1.l.34.§.si colono.

Si tempus locationis finitum sit.

Subdistinguitur.

Si conductor tacente locatore in conductione remansit.ff.l.31.§.qui impleto. usque ad fi.legis.l.14.C.l.16.

DE ACTIONE EX CONDUCTO. Cap. II.

1 *Causæ ex quibus datur.*

Causæ ex quibus hoc iudicio agitur, partim contingunt in ipsa locatione partim post perfectam locationem, partim denique locatione & conductione finita.

¶ *Causæ in ipsa locatione contingentes.*

Si dolia uitiosa locauerit: item si saltum pascuum locauit, in quo mala herba nascitur, unde pecora demortua uel deteriora facta sunt ff.l.19.§.1.

Si res aliena locata sit, eaque euicta.ff.l.7. l.8.l.9.in prin.§.fi.l.10.l.15.§.ubicunque uer.plane.

¶ *Causæ post perfectam locationem contingentes.*

1 *Si non præstatur conductori id quod in le-*

ge

lege conductionis conuenit.
ff.l.15.in prin. uer. uel si quid.l.24.§.ité ex conducto.C.l.19.

2 *Si cum conuenisset in locatione, ut dominus certum modum frumenti certo precio acciperet, is postea frumentum accipere nolit.*
ff.l. 19.§.si dominus.

3 *Si possessio rei conductori non præstatur.*
ff.l. 15.in prin.

4 *Si conductori frui non liceat.*
ff.l.7.l.8.l.15.in prin. §.ubicunque. uer. planè.l.24.§.colonus.§.fi.C.l.3. in prin. l.15.

DISTINGVITVR:

Si dominus ipse uelit re uti, uel corrigere, uel si conductor malè in re locata uersatus est.C.l.3

Si conductor pensionem non soluit.ff.l.54. §.inter locatorem.

Si alius maiorem mercedem offerat.C.l.21.

Si alius non locator frui prohibuerit.ff.l. 24.§.colonus.uer. item ex cõducto.l.33. §.fi.l.34.l.35.in prin.

Si latronũ incursu frui prohibeatur.ff.l.34.

Si emptor fundi frui prohibuerit.ff.l.25.§. qui fundum.C.l.9.

Si is cui res legata est, frui conductorem prohibeat.ff.l.32.

Si re aliena locata dominus frui prohibeat, uel res euicta sit.ff.l.35.in prin.uer. intelligendum.l.9.in prin.

Si fundus publicatus sit.ff.l.33.

Si locator postea frui permittat.ff.l.24.§.colonus.

De reliquis distinctionibus, uide sequentia.

5 *Si locator demum locatam demoliatur.*
ff.l.27.in prin.l.30. in prin.l.35. in prin.

6 *Si rem locatam non reficiat locator.*
ff.l.15.in prin.l.19.§. illud nobis.l.25.§.si uicino.l.60.in prin.

7 *Si secundum conuentionem pecuniam ad reficiendum non præstat.*
ff.l.58.§.fi.

8 *Si aliqua parte minus commodè fruatur conductor.*
ff.l.27.in prin.

9 *Si uicinus ædificando obscurat lumina cœnaculi.*
ff.l.25.§.si uicino.

10 *Si rem alij locauerit.*
ff.l.15.§.fin.l.16.l.17.l.18.l.19. in prin. C.l.32.

11 *Si locator rem non custodierit, & res conductori ablata sit, uel perierit.*
C.l.1.§.fi.

DISTINGVITVR:

Si non nominatim de præstanda custodia cõuenit.ff.l.60.§.fi.C.l.4.l.28.

Subdistinguitur,

ff.l.45.in prin.li.14.tt.2.l.10.§.1. usque ad §.fi.

Si locator propositum, habuit aurum & argentum in horrea cõducta illata suo periculo non recipere.ff.l.6.§.locator.

Si ui maiore & per latrones conductori damnum datum sit.C.l.1.l.12.l.26.

Si horrea effracta & expilata sunt.ff.l.55. in prin.

De reliquis, uide paulo inferius De remittenda pensione.

12 *Si quis messem uel aliam rem locatam abstulit, actio ex conducto competit ut dominus cum fure agat, & quod inde consecutus est ut conductori præstet.*
ff.l.60.§.messem.lib.47.tt.2.l.53.§.si sul phura.

13 *Si dolo uel culpa hominis conducti conductor damnum passus est.*
ff.l.45.§. si hominem. l.60.§.seruum.lib. 9.tt.2.l.27.§.si quis seruum.

14 *Si seruus locatoris conductori damnum dederit.*
ff.l.45.in prin.

15 *Vt instrumenta ad fundum locatum pertinentia præstet.*
ff.l.19.§.illud nobis uidendum. usque ad §.si dominus excep.

16 *Si quas impensas in rem locatam, augendo uel ædificando eam fecit conductor, ut eas locator restituat.*
ff.l.9.§.idem quærit.l.55.§.in conducto. l.61.in prin.Nouell.c.64.

17 *Si dominus fructus corrupit.*
ff.l.35.§.fundum.

18 *Si arca in domum conductam illata, dominus aditum ædium coangustauerit, quo minus arcam tollere possit.*
ff.l. 19.§.si inquilinus.

19 *De remittenda pensione.*

Agitur insuper hoc iudicio ut remittatur pensio.

pensio. Causæ ex quibus remittenda pensio est.

Si hæredes testamento damnatus sit remittere. ff. l. 24. §. fi.

Si cum emptor rem à uenditore conduxisset donec precium soluat, soluit precium. ff. l. 21.

Si damnum passus sit conductor.

DISTINGVITVR:

1 *Ex causa propter quam damnum passus est.*

Si ob uim aliquam, cui resisti non potest: utputa, propter tempestatem, flumen, graculos, sturnos. ff. l. 9. §. Iulianus. l. 15. §. si uis tempestatis. l. 25. uis maior.

Si propter locustas sterilitas acciderit. C. l. 18.

Si labes facta, sit omnesque fructus tulerit. ff. l. 16. §. si uis temp. uer. sed etsi labes.

Si uredo fructum corrupit, aut solis feruore, cœliue uitio quid accidit. ff. l. 15. §. si uis temp. C. l. 8.

Si incursu hostium. ff. l. 15. §. si uis tempest.

Si exercitus præteriens per lasciuiam aliquid abstulit. ff. l. 15. §. si uis temp. uersi. idemque dicendum.

Si incendium fundi factum sit. ff. l. 15. §. cum quidam incend.

Si ager terræmotu corruerit. ff. l. 15. §. si uis tempest. uer. sed etsi ager.

Si ex ipsa re uitium oriatur, ueluti si uinum coacuerit, si raucis aut herbis segetes corruptę sunt. ff. l. 15. §. si uis temp. uer. si quatamen.

Si propter uetustatem uinearum accidit. ff. l. 15. §. cum quidam. uer. item alio.

Si ob dolia uitiosa locata, uel quod in saltu locato mala herba nascitur. ff. l. 19. §. 1.

2 *Ex specie & qualitate damni dati.*

Si modicum damnum sit. ff. l. 25. §. uis maior.

Si nihil extra consuetudiem acciderit. ff. l. 15. §. si uis temp. uer. si uerò nihil.

Si exigui fructus sint. ff. l. 15. §. cum quidam.

3 *Ex antecedentibus & consequentibus.*

Si nihil de remittenda mercede in locatione conuenit. C. l. 8.

Si partiarius colonus sit. ff. l. 25. §. uis maior uer. apparet.

Si anni præcedentes uel sequentes uberiores fuerint ut damnum sarciant. ff. l. 15. §. Papinianus. C. l. 8.

¶ *Quid & quantum remittendum.*

ff. l. 15. §. ubicunque.

¶ *Causæ huius actionis, locatione & conductione finita contingentes.*

Si cum totius temporis pensionem soluisset medio tempore insula conducta corruerit, uel incendio consumpta sit. ff. l. 19. §. si quis cum in annum. l. 30. §. ædilis.

Si inquilinus ostium uel quid aliud ædificio adiecit, ut tollere ei liceat. ff. l. 19. §. si inquilinus ostium.

Si impensas fecit ut ei restituātur, uide paulo superius, uer. Si quis impensas.

Si cum conuenisset, ut si colonus fundum non ea lege coleret, relocare eum liceret: & quo minoris postea locasset, id colonus præstaret, pluris locauerit. ff. l. 51. in prin.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si dolo, culpa uel casu factum sit. C. l. 28.

Si emptor rem emptam à uenditore, donec precium soluat, conduxerit. ff. l. 20. §. fin. l. 21.

Si inter socios conuenit, ut alternis annis fundum communem certo precio conductū haberent: uel inter alios, ut alter alteri fundum proprium locaret ff. l. 35. §. fi.

Si actum sit. ff. l. 35. §. fin. uer. rectè quidam.

De reliquis, uide præcedentes distinctiones item supra. c. prox.

¶ *II. Quibus datur ex conducto actio?*

De conductore. Instit. in prin. ff. l. 15. in prin.

De hærede conductoris. Inst. §. fi. ff. l. 15. §. fi. l. 19. §. ex conducto. C. l. 10.

¶ *III. Aduersus quos datur:*

De eo cui dominus postea locauit. C. l. 32.

¶ *IIII. Quid ueniat in hac actione?*

Quid & quantum ueniat in hac actione, distinguitur ex genere causæ ex qua agitur, proinde uide causas huius actionis supra cum suis distinctionibus.

Si remissionis ratio habetur, non id quod interest præstandum, sed mercedis exoneratio pro rata. ff. l. 15. §. ubicunque autem.

De pœna de qua conuenit. C. l. 15.

De usuris. C. l. 17.

Vt liberetur, agi potest. ff. l. 15. §. fi.

¶ *V. Adfinia remedia.*

Actio locati, & communi diuidundo. ff. l. 35. §. fundum.

Actio ad exhibendum. ff. l. 19. §. si inquilinus arcam.

Actio noxalis. ff. l. 45.

De peculio, & in rem uerso. ff. l. 60. §. seruū.

Condictio indebiti. ff. l. 19. §. si quis cum.

Exceptio & reputatio mercede petita. ff. l. 25. §. si uicino.

Actio ex testamento. ff. l. 24. §. fi.

DE ACTIONE EX LOCATO Cap. III.

¶ I. *Causæ ex quibus datur.*

Si conductor non omnia secundum legem condictionis faciat, uel si id quod in lege prætermissum est, non ex bono & æquo præstat. Inst. §. conductor. ff. l. 25. §. conductor. C. l. 19.

Si alii rem locauerit conductor, uel cum aliis habitauerit. ff. l. 60. in prin. C. l. 6.

Si rem non curauerit, nec custodierit: item si res amissa sit, uel deterior facta, uide paulo inferius.

Si colonus non curat ut opera rustica suo quæque tempore faciat.

Si intempestiua cultura fundum faciat deteriorem: si uillas non curat, nec eas incorruptas habeat. ff. l. 25. §. conductor.

Si aliquod rei ius uel corpus deterius fiat. ff. l. 11. §. item prospicere.

Si tollendo ea quæ rebus conductis adiecit, res faciat deteriores. ff. l. 19. §. si inquilinus ostium.

Si instrimenta fundi corrumpat. ff. l. 19. §. illud nobis uidendum.

Si ædificia conducta destruat. C. l. 29.

Si arbores excidat. ff. l. 25. §. culpę.

Si seruum conductum uulnerauerit. ff. l. 43.

Si in area conducta terram cōgessit, qua terra assiduis pluuiis inundata paries locatoris humore præstito corruit. ff. l. 57.

Si rem locatam subripuit. ff. l. 42. lib. 44. tt. 7. l. 33. §. si is cui.

Si rem non restituit. ff. l. 48. § fin. C. l. 33.

DISTINGVITVR:

Si res periit, uel homo mortuus sit. ff. l. 54. §. fin. l. 3.

Si id quod rei nomine furti actione consecutus est, non restituit. ff. l. 6.

Si pensionem uel mercedem non soluat, uide paulo inferius.

¶ *Si res amissa sit, uel deterior facta:*

Inst. §. pro usu. C. l. 28.

Distinguitur sequentibus modis:

Si sine dolo conductoris factum sit: & de culpa præstanda. Inst. §. qui pro usu. ff. l. 9. §. si colonus. l. 25. §. culpæ. C. l. 28.

Si fortuito casu & ui maiore acciderit, Inst. §. qui pro usu. ff. l. 9. §. Iulianus. §. si colonus. l. 11. §. si hoc in locatione. C. l. 28.

Si contra legem conductionis ignem habuerit conductor, & exinde incendium accidit. ff. l. 11. §. si hoc in locatione.

Si fœnum contra legem conductionis habuerit quod succensum est. ff. l. 11. §. fi.

Si latrones gregem abegerint. ff. l. 9. §. Imperator.

Si exercitu prætereunte milites ex hospitio fenestras & cætera sustulerunt. ff. l. 13. §. exercitu.

Si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit, & seruum quassat. ff. l. 13. in prin.

Si contra l. locationis maiore pondere mulas onerauit, & rupit. ff. l. 30. §. qui mulas.

Si magistratus mensuras locatas frangi iusserit. ff. l. 13. § si quis mens.

Si culpa seruorum, & aliorum quos conductor secum in habitationem induxit, factum sit. ff. l. 11. in prin. §. fin. l. 12. l. 30. §. fin. lib. 9. tt. 2. l. 27. §. si fornicarius. §. Proculus ait.

Si alius fecit. ff. l. 30. §. qui mulas.

Si cum in lege locationis scriptum esset: Redemptor syluā ne cędito, & c. alius cędat. ff. l. 29.

Si uicinus propter inimicitias conductoris arbores exciderit. ff. l. 25. §. culpa autem.

Quid et quantum præstandum damni dati nomine.

ff. l. 11. in prin. l. 12. l. 54. §. fin.

¶ *De soluenda pensione uel mercede.*

Si conductor non soluat pensionem uel mercedem.

Distinguitur sequentibus modis:

Si res aliena locata sit. ff. l. 9. § fin.

Si

Si fructuarius, qui locauit, mortuus sit. ff. l. 9. §. huic subiungi.

Si conductor re non sit usus. ff. l. 61. §. fin.

Si ante tempus conductionis fundum locatū uel habitationem deseruerit conductor. ff. l. 55. §. fin. l. 60. in prin. l. 25. §. si uicino. C. l. 11.

Si cōductor ante tempus conductionis mortuus sit. Inst. §. fin.

Si timoris causa emigrauerit. ff. l. 27. §. fina. l. 28.

Si res locata interierit. ff. l. 9. §. huic subiungi. §. in exustis. l. 30. §. ædilis.

Si grex abacta sit per latrones. ff. l. 9. §. Imperator.

Si res euicta sit. ff. l. 9. §. fin.

Si domus fracta sit, & inhabilis facta. ff. l. 27. §. fin. l. 28. l. 60. in prin. C. l. 17. l. 19.

Si locator rē non reficiat. ff. l. 25. §. si uicino.

Si re parum commodè utatur conductor. ff. l. 27. in prin.

Si uicinus ædificando obscurat lumina cœnaculi. ff. l. 25. §. si uicino.

De reliquis, uide s̄. cap. prox. De remittenda pensione.

Quid & quantum pensionis, uel mercedis nomine soluendum?

Non amplius pensionum nomine exigendū quàm conuenit. C. l. 16. in prin.

Si ego decem locauero, tu te quinq; conducere existimes, uel contrà. ff. l. 52.

Si cum pro duobus milibus amphorarum nauem conduxisse, minus portauerit. ff. lib. 14. tt. 2. l. 10. §. fin.

Pro mancipio quod in naue mortuum est, an uectura debeatur. ff. lib. 14. tt. 2. l. 10. in prin.

Si cōductor pluris locauerit: an & hoc quod pluris locauit, ueniat. ff. l. 58 in prin.

De reliquis huiusmodi distinctionib. uide precedentes distinctiones.

De usuris. ff. l. 54. in prin lib. 22. tt. 1. l. 17. §. ex locato. C. l. 17.

Si aliud pro alio exigat locator, ut pecuniā pro frumento uel redditu. ff. l. 19. §. si dominus. C. lib. 11. tt. 47. l. 5.

¶ *II. Quibus datur ex locato actio?*

De emptore fundi uel domus, & uenditore. ff. tt. 1. l. 13. §. si fructibus. uers. sed si locatus. §. si uenditor habitationem.

¶ *III. Aduersus quos datur?*

De fideiussorib. conductoris. ff. l. 53. l. 54. in prin. C. l. 7. l. 30. l. 31.

De hæredibus conductoris. Inst. §. fin. C. l. 24. l. 29. l. 33.

De uxore conductoris. C. l. 24.

¶ *IIII. Quid ueniat in hac actione?*

De eo quod cōductor rei nomine furti actione consecutus est. ff. l. 6.

De fructibus à colono post lustrum completum perceptis. ff. lib. 12. tt. 1. l. 4. §. nam etsi.

De usuris, uide paulo superius. uers. De usuris.

De meliorationibus deducendis. Nouell. c. 64.

De reliquis, uide s̄. Causas ex quibus datur hæc actio.

Si plures sint conductores, an singuli in solidum teneantur. ff. l. 13. §. duo rei. l. 47. lib. 13. tt. 6. l. 5. §. si duobus. l. 7. in prin. C. l. 13.

¶ *V. Quando detur?*

Si domo uel alia re in quinquennium locata, conductor domum uel fundum deseruerit. potest dominus statim agere. ff. l. 24. §. si domus.

¶ VI. *Euentus.*

De actionibus reo prestandis. ff. l. 47. §. fin. lib. 13. tt. 6. l. 5. §. fin. l. 6.

De pignoribus præstandis. C. l. 13. §. fin.

¶ VII. *Adfinia remedia.*

Actio legis Aquiliæ. ff. l. 13. in prin. l. 25. §. culpæ. l. 30. §. qui mulas. l. 43. l. 57.

Actio arborum furtim cæsarum, & interd. quod ui aut clàm. ff. l. 25. §. culpæ.

Actio furti. ff. l. 42. lib. 44. tt. 7. l. 33. §. si is cui rem.

Actio præscriptis uerbis. Inst. §. præterea.

Actio empti & uenditi. ff. tt. 1. l. 13. §. si uenditor. lib. 18. tt. 1. l. 79.

Dominus conductore latente, & pensionem non soluente, desiderans aperiri horrea, & ea quæ intus sunt describi, audiendus est. ff. l. 56.

Interdictum Saluianum, de quo uide s̄. lib. 16. cap. ult.

Ius pignoris in inuectis & illatis: de quo uide s̄. lib. 16. cap. 5. uers. De inuectis & illatis.

DE

DE IVRE EMPHYTEVTICO. Inst.§.adeò autem.usq; ad §. item quæritur.C.tt.66. Cap. IIII.

¶ 1 *Definitio emphyteuseos.*
Inst. §.adeò autem.
¶ 2 *Genus.*
Neque conductio est, neque alienatio, sed proprius contractus.Inst.§. sed talis contractus.C.l. 1.in prin.
¶ 3 *An sit utilis contractus.*
C.l. 1.in prin. uers.& iustum.
¶ 4 *Euentus & iura tam domini quàm emphyteutæ.*
De iis de quibus conuenit,seruandis.Inst.§. sed talis contractus.C.l.1.§. in quo contractu. l.2. in prin.
Damnum contingens ad quem pertineat.

DISTINGVITVR:

Si de hoc conuenit, id seruabitur. Inst.§. sed talis contractus.C.l.1.§.in quo cūcta.
Si aliquo fortuito casu acciderit. C. l.1.§. in quo cuncta.
Si magnum damnum sit, ad dominum sin leue,ad emphyteutam pertinet. Inst.§. sed talis contr.C.l. 1.§. ita ut interdum. usq; ad fin.legis.
Inuito possessore fundus uectigalis,uel emphyteuticarius ei auferri non potest.ff.li. 6.tt.3.l.1.C.lib.11.tt.30.l.1.

DISTINGVITVR:

Si pensionem non soluat, nec publicarum functionum apochas præstet.C.l.2.

Subdistinguitur.

Si dominus oblatas pensiones nolit accipere,C.l.2.§.fin.

DE MELIORATIONIBVS ET IVRE *emphyteutico ab emphyteuta alienandis.*

1 *An emphyteuta meliorationes & ius suum alienare possit?*

DISTINGVITVR:

Si dominus non consentiat.C.l.3.in prin.

Subdistinguitur.

Si dominus nec consentire,nec ea ipse emere uelit. C.l.3.§. sed ne hac occasione.usque ad §.& ne auaritia.§.fin.
2 *Quibus alienanda?*
C.l.3.§.sin autem duorum.uer.his tamē.
3 *Euentus, & consequentia alienationem.*
De nouo emphyteuta in possessionem à domino suscipiendo. C.l.3. §. necessitatem autem.
Quantum pro depositione,uel subscriptione domino sit soluendum? quinquagesima pars precii, uel æstimationis loci qui ad alium transfertur.C.l.3.§.& ne auaritia tenti.

DE LOCATIONE OPERIS faciendi,cum suis actionib.Inst.li.3. tt.25.ff.lib.19.tt.2.C.li.4.tt. 45. Cap. V.

Locator res duplici modo, aut ut accipiens ea utatur fruaturve, aut ut danti ex ea aliquid faciat.illud Germanis dicitur *verlihenn*, hoc autem *verdingenn*: & prima quidē specie locator accipit, altera autē dat mercedem:de qua posteriore specie cum suis actionib.nunc tractabitur.
¶ 1 *Definitio.*
Quoties aliquid faciendum datur, locatio est.ff.l.22.§.quoties. tt.5. l.5.§. at cū do.
¶ 2 *An sit utilis locatio?*

DISTINGVITVR:

Si non suam rem dat locator, sed conuenit ut conductor ex sua re opus faciet, accepto certo precio.Inst.§.item quæritur.ff. l.2.§.adeò autem.lib.18.tt.1.l.20.
Si insula ædificanda locatur, ut conductor sua impensa omnia faciat.ff. l.22.§.cum insulam.
Si tale sit factum quod locari non potest, nempe ut seruum manumittat.ff.tt.5.l.5. §.at cum do.uers.quod si.
Si res æstimata uendenda datur.ff. tt.5. l.1.
Si conuenit inter eos, tantum mercedis nomine dari,quantum post opus factum cōuenerit,Inst.§.qua de causa. ff. tt.5. l.23.
Si non pecunia,sed res mercedis nomine datur.ff.tt.5.l.5 §.at cum do.
Si uendita insula conuenit inter emptorem & uenditorem, ut emptor aliam uenditoris insulam reficiat.ff. tt.1.l 6.§.uendidi.
Si nulla merces interuenit. Inst.tt.27.§. fin.
Si ædem sacram uel locum religiosum ædificandam locauerit.ff. lib.45.tt. 1.l.38.§.fi.
Si fundum colendum locauerit, uide s. De

prima specie locationis.

¶ 3 *Euentus.*

De periculo rei cuius sit. ff. l. 36. l. 37. l. 40. l. 59. l. 62. Vide insuper]. Causas actionum locati & conducti.

¶ *De actione ex conducto.*

¶ 1. *Causæ ex quibus datur.*

Si rem alij relocauerit locator. ff. l. 13. §. si in lege.

Si cum fullo propter uestimenta amissa domino quid dedisset, dominus ea receperit. ff. lib. 12. tt. 7. l. 2.

Si non soluat mercedem locator. C. l. 2.

Distinguitur sequentibus modis:

1 *Si opus non fecerit conductor, uel non perfecerit, nec operas præstiterit.*

DISTINGVITVR:

Si per eum non stat, quo minus perficiat uel præstet: nihilominus merces debetur. ff. l. 15. §. item cum. l. 30. §. qui ædem. l. 38. l. 91. §. nauem. lib. 14 tt. 2. l. 10. in prin.

Si propter mortem locatoris nõ possit prestare. ff. l. 19. §. fin.

Si mortuus sit legatus Cæsaris, comitibus salarium residui temporis nihilominus prestandum. ff. l. 19. §. fin.

Si terremotu ædificium faciendum contusum est. ff. l. 59.

Si insula ædificanda, locata solum corrupit. ff. l. 33. in prin. uers. quemadmodum.

Si conducta balnea combusta sunt. ff. l. 30. §. ædilis.

2 *Si cum in lege locationis comprehensum esset, ut arbitrio locatoris opus fieret, locator opus non adprobet.*

ff. l. 24. in prin. lib. 17. tt. 2. l. 77.

3 *Si opus factum antequam approbaretur, corruptum sit, uel perierit.*

ff. l. 62. uide s. uers. De periculo rei cuius sit. cap. eod.

¶ 2 *Quid ueniat in hac actione, & quantum mercedis nomine soluendum?*

De usuris. C. l. 2. l. 17.

Si quis mulierem naue uehendam conduxerit, eaq; infantem in naue pepererit: an eius infantis nomine etiã aliquid debeatur. ff. l. 19. §. si quis mulierem.

An pro mãcipio in naue mortuo aliquid debeatur. ff. lib. 14. tt. 2. l. 10. in prin.

De reliquis, uide paulo superius Causas huius actionis.

¶ 3 *Adfinia remedia.*

Actio pscriptis uerbis. Inst. §. qua de causa.
Condictio sine causa. ff. lib. 12. tt. 7. l. 2.

¶ DE ACTIONE EX LOCATO.

¶ 1 *Causæ ex quibus datur.*

Si nõ seruat promissa cõductor. C. l. 14. l. 22.

Si non fecerit opus conductor. ff. l. 24. §. si domus. uers. sed &.

Si cum in lege locationis comprehensum esset, ut arbitratu locatoris opus fieret: locator opus non adprobet. ff. l. 24. in prin. l. 60. §. lege. lib. 17. tt. 2. l. 77.

Si opus uitiosum factum est. ff. l. 51. §. locaui. l. 24. in prin. uers. quibus consequens.

Si ad diem opus non sit effectum ff. l. 13. §. si in lege. l. 24. §. si domus. uers. sed &. l. 58. § 1.

Si fullo pallium permutauerit, & alii alterius dederit. ff. l. 13. § si fullo, uers. etsi pallium.

Si is qui uinum de Campania transportandum conduxit, mota à quodam cõtrouersia, in apotheca uinum deposuit. ff. l. 11. §. qui uinum.

De portorio præstando. ff. l. 60. §. uehiculũ.

De mercede restituenda, si dominus opus fieri nolit. ff. l. 60. §. mandaui.

Si rem amiserit conductor, uel damnum in re datum sit.

DISTINGVITVR:

1 *Ex causa & antecedentibus.*

Si non dolo, sed culpa conductoris accidit. ff. l. 9. §. Celsus. l. 11. §. qui uinum. l. 25. §. qui columnam. l. 31. §. fin.

Si omnia fecit conductor, quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset. ff. l. 25. §. qui columnam.

Si imperitia cõductoris accidit. ff. l. 9. §. Celsus. l. 13. §. si gemma. lib. 9. tt. 2. l. 7. §. fin.

Si gemma includenda aut insculpenda data uitio materiæ facta sit. ff. l. 13. §. si gemma. l. 62. lib. 9. tt. 2. l. 27. §. si calicem.

Si columna uel cæterę res, quas transportãdas conduxit, dum tolluntur aut portantur, aut reponuntur, franguntur. ff. l. 25. §. qui columnam.

Si sutor puero parum bene facienti forma calcei tam uehementer ceruicem percusserit, ut ei oculus effunderetur. ff. l. 13. §. item

§.item Iulianus,lib.9.tt.2.l.5.§.fin.

Si seruum quem docendum conduxit, peregrè secum abduxit, isq; ab hostibus captus sit,uel perierit.ff.l.13.§.si qs seruũ.

Si magister nauis nauem sine gubernatore in flumen miserit,& cum tempestate orta eam temperare non potuerit, nauis perierit.ff.l.13.§.si magister.

Si nauicularius onus Minturnas uehendum conduxit, & cum Minturnense flumen ea nauis subire non posset, in aliam nauem merces transtulit,quæ postea perierit. ff. l.13.§.si nauicularius.lib.14 tt.2. l.10.§. 1.usq; ad §.fin.

Si cum in naue Saupheii plures frumentum confudissent, Saupheius uni ex his frumēti partem reddiderit, & postea nauis cum reliquo frumento perierit.ff.l.31.

Si uinum transportandum,quòd moueretur controuersia,deposuit.ff.l.11.§.qui uinũ.

Si incertum sit, utrum dominus mercium nauem conduxerit an merces uehendas locauerit.ff.tt.5.l.1.§.domino.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si alius damnum dederit. ff.l.41. lib.13.tt. 6.l.19.

Si mures uestiméta roserint.ff.l.13.§.si fullo

Si uestimētis perditis dominus ea à fure petere possit.ff.l.60.§.uestimenta.

¶ 2 *Quibus datur hæc actio?*

De eo qui rem à se conductam,alii faciendā locauit.ff l.48.in prin.lib.45.tt.1.l.36.§. si quis insulam.

¶ 3 *Quando detur?*

Si cum intra certum diem faciendum locasset,dies illa nondum præteriit. ff. l.13.§. si in lege.l.24.§.si domus.

¶ 4 *Euentus.*

In operis duobus simul locatis cōuenit,priori conductori antè satis fieri.ff. l.26.

De cedendis reo conuento actionibus ab actore.ff.l.25.§.fin.l 60.§ uestimenta.

Si cum fullo domino quid ob uestiméta perdita dedisset, dominus uestimenta recepe rit.ff.lib.12.tt.7.l.2.

¶ 5 *Adfinia remedia.*

Actio pscriptis uerbis.Inst.§. qua de causa.

Actio æstimatoria.ff.tt.3.l.2.l.2.

Actio oneris auersi.ff.l.31.

Rei uindicatio.ff.l.31.§.quod si separatum. l.60.§.uestimenta.

Actio furti.ff.l.31.§. quòd si separatũ. uers. siue eadem re.l.60.§.uestimenta.

DE ACTIONE EX L. RHOdia de iactu.ff.lib.14.tt.2. Cap. VI.

Est & hæc species actionis ex locato & conducto.l.2. in prin.ideoq; hic subiūgenda.

¶ 1 *Ratio huius actionis.*

l.1.l.2.§.1.uers.æquissimum.

¶ 2 *Causa ex qua datur.*

Si nauis leuandæ causa merces in mare iactæ sunt.l.1.

Distinguitur sequentibus modis:

Si non iactæ sint merces, sed nauis à piratis redēpta sit: uel si prædones quid ex naue abstulerint.l.2.§.si nauis.l.9.

Si quia nauis portum uel flumen intrare cũ onere non potuit,quædam merces in scapham sint traiecta, & scapha periit. l. 4. in prin.

Si nauis periit quibusdam rebus in scapha saluis manentibus, uel è mari extractis, uel alio modo seruatis.l.4.§.1.cũ sequēt. l.5.l.7.lib.19.tt.2.l.31.

¶ 3 *Quid ueniat in hac actione?*

Vt omnium contributione damnum sarciatur,& detrimentum pro portione cuiusq; communicetur.l.1.l.2.in prin.

De portione cuiusq; æstimanda. l.2.§. portio autem.

Quarum rerum damnum sartiendum?

De naue amissa.l.5.

De naue corrupta,& si quid exarmauerit. l. 2.§.si conseruatis.l.6.

De arbore, uel alio nauis instrumento iacto.l.3.

De arbore cæsa.l.5.§.fin.

De rebus quæ deteriores factæ sunt,non tamen iactæ,nec amissæ. l.4.§.fin.

De rebus actis apparentib. l.2.§. si res quæ.

De rebus è mari extractis.l.4.§ sed si nauis.

De seruis amissis, ægris, seq; ipsos præcipitantib. l.2.§.seruorum.

Quanti æstimandæ res iactæ.

l.2.§.iacturæ.§.portio autem.

Quarum rerum conseruatarum nomine contribuendum?

De libero homine, ité de uestimétis cuiusq; & annulis. item de iis quæ consumédi causa imposita sunt. l. 2. § iacturæ.

De rebus quæ in naui deteriores factæ sunt. l. 4. §. cum autem iactus.

De rebus quæ è mari extractæ sunt. l. 4. §. sed si nauis.

Quanti æstimandæ res seruatæ.

l. 2. §. portio autem.

De libero homine æstimando. l. 2. §. iacturę.

¶ 4 *Aduersus quos competit?*

De iis qui nullas merces habuerunt. l. 2. §. 1. §. cum in eadem.

De iis qui leues merces imposuerunt, quibus nauis non exoneratur. l. 2. §. cum in in eadem.

De domino nauis. l. 2. §. cum in eadem.

De eo qui soluendo non est. l. 2. §. si quis ex uectoribus.

¶ 5 *Quæ actio cōpetat: et adfinia remedia.*

Domino amissarum merciū ex locato actio aduersus magistrum nauis competit: magistro nauis deinde ex conducto actio cōpetit contra reliquos, quorum merces saluæ sunt, ut detrimentum pro portione cōmunicetur. l. 2. in prin. §. iacturæ.

Sed & magister nauis merces saluas retinere potest, donec domini portioné damni præstent. l. 2. §. 1.

Si mercibus suis nauem quis conduxit, nautaq; eas in aliam naué, quæ postea periit, transtulit, ex conducto cum nauta habet actionem. l. 10. §. 1. usq; ad §. fin.

DE SOCIETATE, ET ACTIONE pro socio. Inst. lib. 3. tt. 26. ff. lib. 17. tt. 2. C. lib. 4. tt. 37. Cap. VII.

Sequitur tertia species obligationis consensu contractæ, quæ est Societas.

¶ DE SOCIETATE.

¶ 1 *Simile.*

Societas ius quodammodo fraternitatis in se habet. ff. l. 63. in prin.

¶ 2 *Diuisio.*

Aut totorum bonorū est, aut unius alicuius negocii, uel rei. Inst. in prin. ff. l. 5. in prin.

¶ 3 *Causæ quibus societas contrahitur.*

Consensu contrahitur. ff. l. 19.

Re, uerbis, & per nuncium contrahitur. ff. l. 4.

Si ex alia ratione quàm ex societate res inter aliquos communis sit. ff. l. 31. cum tribus ll. sequentib.

Si margaritam decem uendendam dem tibi, & si pluris uenderes, id quod excedit tu seruares. ff. l. 44.

Si conuenit ut loci tua pecunia ematur, mea opera & peritia monumenta in illis fierent: & distractis his ego partem precii accipiam. ff. l. 52. §. item ex facto.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si pupillus sine tutoris autoritate cōtrahat. ff. l. 33.

Si inter eos qui non sunt æquis facultatibus contrahatur. ff. l. 5. §. societas.

Si totorum bonorum uel unius alicuius negociationis uel rei, uel uectigalium societas coeatur. Inst. in prin. ff. l. 5. in prin.

Si dolo malo uel fraudandi causa coeatur. ff. l. 3. §. final.

Si inhonestæ & flagitiosæ alicuius rei causa coeatur. ff. l. 57. lib. 18. tt. 1. l. 35. §. ueneni. lib. 27. tt. 3. l. 1. §. planè si ea.

Si libertatis causa inter patronum & libertum coeatur. ff. lib. 38. tt. 1. l. 36.

Si donationis causa coeatur. ff. l. 5. §. fin. lib. 24. tt. 1. l. 32. §. si inter uirum.

Si alter pecuniam cōferat, alter solam operam. Inst. §. nam & ita. ff. l. 52. §. item ex facto. l. 63. §. societas. C. l. 1.

Si in perpetuum, uel ad tempus coeatur societas. ff. l. 1. in prin.

Si in æternum coeatur. ff. l. 70.

Si ultra morté alterutrius. ff. l. 52. §. idem respondit societatem, l. 59. in prin.

Si ex tempore uel sub conditione coeatur. ff. l. 1. in prin. C. l. 6.

Si cū ex iis partibus coita esset societas, quas Titius esset arbitratus, Titius antequam arbitraretur decesserit. ff. l. 75.

¶ 4 *Causæ quibus soluitur societas.*

Societas soluitur ex personis, ex rebus, ex uoluntate, ex actione. ff. l. 63. §. societas.

1 *Causæ in personis consistentes.*

Si socius mortuus sit. Inst. §. soluitur. adhuc. ff. l. 4. l. 52. §. idem respondit. l. 59. l. 63. §. societas, uers. ideóq;. l. 65. §. morte. §. quòd si integris.

Si socius

Si socius capite sit deminutus. ff. l. 4. l. 63. §. societas. uers. intereunt.
Si filius familiàs socius emancipatus fuerit. ff. l. 58. §. si filiusfamilias. l. 65. §. societas uers. nam etsi.
Si seruus socius alienatus fuerit. ff. l. 58. §. fi.
Si socius pauper sit factus. ff. l. 4. §. fin. uide paulo inferius.

2 *Causæ in rebus consistentes.*

Si bona socii publicata sint. Inst. §. publicatione. ff. l. 65. §. publicatione. l. 63. §. societas. uers. res uerò.
Si socius bonis cesserit. Inst. §. ité si quis ex.
Si bona socii à creditoribus distracta sunt. ff. l. 65. §. 1.
Si res interierit. ff. l. 58. in prin. usq; ad §. si filiusfamiliàs. l. 63. §. societas.
Si res consecrata uel mutata sit. ff. l. 63. §. societas.

3 *De uoluntate & renunciatione.*

Renunciatione & dissensu soluitur societas. Inst. §. manet autem. ff. l. 4. §. fin. l. 63. §. fin. C. l. 5.

DISTINGVITVR:

I *Ex causa & modo renũciãdi: itẽ ex tẽpore.*

Si dolo malo societati renunciat, ut scilicet lucrum obueniens socius habeat. Inst. §. sed planè si quis. usq; ad §. soluitur. ff. l. 65. §. diximus. §. item si societatem.
Si intempestiuè & ante tempus renunciat, & cum interest societatis non renunciari. ff. l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. in prin. §. fi. l. 65. §. Labeo. usq; ad §. renunciare.

Subdistinguitur hæc distinctio sequentib. modis.

Si socii quidem, non autem societatis intersit, non dirimi societatẽ. ff. l. 65. §. Labeo. uers. Proculus.
Si antè conuenit ut liceat renũciare, etiam intempestiuè. ff. l. 65. §. Labeo. uers. hæc ita accipienda.
Si antea non sit cautum, ne liceat renunciare. ff. l. 17. §. fin.
Si post tempus societatis finitum renunciat. ff. l. 65. §. item qui societatem. uers. quòd si tempus.
Si necessitate coactus renũciat. ff. l. 65. §. ité qui societatem. uers. nisi renunciatio.
Si cum societas inita esset ad rem aliquam emendam, ideo renunciet societati, quod emptio sibi displiceat. ff. l. 65. §. item si societatem. uers. sed si ideo.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si alter tantum renunciet, altero inuito. ff. l. 65. §. diximus, uide paulo superius. Ex causa.
Si per procuratorem uel alium renunciet. ff. l. 65. §. renunciare.
Si curator socii furiosi renunciauerit, uel ei renuncietur. C. l. 7.
Si procuratori socii renunciatum sit. ff. l. 65. §. item scriptum est.
Si antea conuenit ne à societate abeatur uel ne res diuidatur. ff. l. 14. lib. 10. tt. 3. l. 14. §. si conueniat. §. si inter.

3 *Reliquæ causæ quibus soluitur societas.*

Si socii separatim agere cœperint, & unusquisq; sibi negocietur. ff. l. 64.
Si paciscatur socius ne partem suam petat. ff. lib. 10. tt. 3. l. 14. §. fin.
Si seruus socius à domino discedere iubeatur. ff. l. 18.
Si stipulatione nouatio fiat: item si alter aduersus alterum actionem pro socio intendat. ff. l. 65. in prin. §. nonnunquam.
Si finis negocio, cuius gratia societas coita est, sit impositus. Inst. §. item si alicuius. ff. l. 65. §. item si alicuius.

¶ 5 *Euentus societatis.*

Vide ĩ. Actionem pro socio.
Distracta societate diuisio rerum nihilominus superest. ff. l. 65. §. si post distractam. uers. nam etsi.

¶ DE ACTIONE PRO SOCIO.

¶ I. *Bonæ fidei iudicium est.*

ff. l. 78.

¶ II. *Causæ ex quibus datur.*

Si non præstat bonam fidem socius. ff. l. 52. §. uenit autem. C. l. 3. in prin.
Si quid lucri aut damni contigit, ut, communicet socius, uide ĩ. Vel ut de damno & lucro futuro præstando caueat. ff. l. 27. §. fin. l. 28. l. 38. in prin. l. 67. in prin.
Si damnum dolo uel culpa socii datum sit, uel alia ratione contra officium socius deliquit, uide paulo inferius.

¶ *Si quid lucri adquisiuit socius ut communicet.*

Si totorum bonorum societas coita est, omnes res communicandæ. ff. l. 1. §. fin. l. 52. §. socium.

DISTINGVITVR:

1 *Ex causa ex qua adquisiuit.*

Si ex alia quàm ex ea causa cuius nomine societas coita est, adquisiuit. ff.l.52.§.duo. §.Papinianus.

Si ob iniuriam sibi factam, & ex L. Aquilia adquisiuit. ff.l.52.§.socium.

Si ex prohibitis causis adquisiuit. ff.l.52.§. idem ait socium.l.53.l.54.

Si ex hæreditate, legato, donatione, uel ex alia ratione adquisiuit. ff.l.3.§.cum specialiter. usque ad §.fi.l.9.l.10.l.11.l.71. §.fi.l.73. in prin.

Si ex hæreditate ex testamento adquisiuit: & an ea hæreditas iusta dicatur. ff.l.3.§. de illo quæritur.

Si à patrono duobus libertis sociis alteri hæreditas, alteri legatum relictum est. ff.l. 71.§.fin.

Si ab altero sociorum seruo communi quid sit legatum.ff.l.63.§.si seruo.

Si à tertio socio suam partem adquisiuit, à quo alter suam adquirere non potest.ff. l.63.§.si cum tres.

Si emit.ff.l.74.

Si dotis nomine accepit, uel recepit. ff.l.65. §.fi.l.66.l.81.

Si stipẽdii & salarii nomine accepit. ff.l.52. §.idem Papinianus.

Si fructus ex re cõmuni percepit. ff.l.38.§. fi.li.22.tt.1.l.30. §.sed & in societatibus.

Si usurarũ noĩe percepit. ff.l.57. §.si unus.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si socius socii mei adquisiuit ex societate. ff.l.21.

Si nondum res sit tradita. ff.l.1. §. fin.l.2.l. 3.in prin.

Si postquam societati renunciatum est, adquisiuit. Inst.§.manet. uers. sed planè si quis. ff.l.17.§.1.l.65. §.diximus. §.item qui societatem.§.item scriptum.

Si post mortem socii adquisitum sit. ff.l.65. §.si in rem certam.§.morte unius.

Si cum petiisset à uicino, ut fundum uenalẽ qui suo uicini fundo cõiunctus erat, emeret sibique partem cederet: uicino cessante & ignorante ipse emit. ff.l.52.in prin. usque ad §.uenit autem.

¶*Si quid damni passus est socius, ut alter socius communicet.*

ff.l.52. §.quidam. l.52.§.fi.l.67. §.sed si precium.

Item si sumptus fecit, uel æs alienum contraxit socius, ut alter communicet & reddat pro parte. ff.l.27.l.38.§.fi.l.52.§.itẽ si in communem.

DISTINGVITVR:

1 *Ex causa ex qua & propter quam damnũ passus est, sumptus fecit, uel æs alienum contraxit.*

Si dum ad merces communes comparandas proficiscitur, in latrones incidit. ff.l.52. §.quidam.

Si naufragio res periit.ff.l.52.§.quidam.

Si in medicos impendit, & dum seruis communibus ad fugam erumpẽtibus restitit, uulneratus est.ff.l.52.§.quidã.l.60.§.socius.l.61.

Si culpa socii accidit.ff.l.52.§.quidam.

Si in alea uel adulterio perdidit. ff. l.59. §. quod in alea.

Si ob maleficium aliquod & iniuriarũ actionem impendit. ff.l.52. §. fi.cum quatuor ll.sequentibus.

Si quòd ad iudicium non adfuit, & proinde damnatus sit. ff.l.52.§.fin.

Si dum in causa cõi proficiscitur, sumptus in uia fecit.ff.l.52.§ si quis ex sociis.

Si dotis noĩe dedit, uel se obligauit.ff.l.81.

Si in honorem liberorum socii impendit.ff. l.73.§.fi.

Si precium empti prædii cum solennibus pẽsitationibus soluit.C.l.2.

Si uenditionis nomine aliquid præstitit.ff. l.67.in prin.

Si ex alia causa quàm ex qua societas contracta est debeatur, uel solutum sit: & si non in rem communem sit impensum. ff. l.12.l.82.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si sub conditione uel ex die debeatur. ff.l. 27.l.28.

Si propter societatem quis ei hæreditatem uel legatum non relinquat, aut patrimonium suum negligentius administrat.ff.l. 60.§.socius.

Si pecunia, quam in mercem communem emendam conferre destinauerat, antequam conferret perierit. ff. l.68. §.item Celsus.

Si

Si postquam societati renunciatum est accidit, uide s. in uers. postquam societati renunciatum est adquisiuit cap. eod.

Si post distractam societatem soluit uel impendit. ff. l. 27. l. 65. §. si post distractam.

Si antea conuenit de non communicando damno. Inst. §. nam & ita. ff. l. 29. §. ita coiri. usque ad fi. legis.

Si aliud socio super sit remedium, & rem in quam impendit, propriam habere possit. ff. l. 52. §. idem respondit socius.

¶*De reliquis causis ex quibus hæc actio datur.*

Si damnum in re communi dederit socius, & societatem læsit. ff. l. 47. §. fin. l. 48. l. 49. l. 59. §. fin.

DISTINGVITVR INFRA.

Si plagium fecit, uel suppressit. ff. l. 51. §. fi.

Si seruum negociatorem uulnerauit, uel occidit. ff. l. 49.

Si rem communem ammouit, uel celandi animo contrectauit. ff. l. 45. l. 51.

Si rem communem alienauit. ff. l. 16. §. fin. l. 17. in prin. l. 68. in prin. lib. 10. tt. 3. l. 14. §. si inter.

Si in fundum communem mortuum intulerit. ff. l. 39. lib. 10. tt. 3. l. 6. §. si quis in.

Si de seruo communi quæstionē habuerit. ff. lib. 10. tt. 3. l. 27.

Si epulas contra pactum sociis non præstitit. ff. l. 69.

Si cum societas ad emendū coita esset, propter socium empta res non sit. ff. l. 52. §. si quis societatem.

Si intempestiuè & dolo malo societati renunciauit, uide s. uers. Si dolo malo societati renunciat, cum sequentibus cap. eo.

Si in parietem communem immitti non patiatur. ff. l. 52. §. item Mela.

Si empta area communi ne luminibus officeretur, eaque alteri tradita, is non præstet alteri quod conuenit. ff. l. 52. §. item Mela. uersi. idemque si.

DISTINCTIONES GENERALES, præsertim eius.

Si damnum in re communi dederit socius, & societatem læsit.

1 *Ex causa facti.*

Si non dolo, sed culpa socii factum sit. Inst. §. socius socio. ff. l. 23. in prin. l. 45. l. 51. l. 52. §. uenit autem. usque ad §. damna. §. si quis societatem. l. 59. §. fin. l. 72.

Si casu accidit: item latrocinio, incendio, naufragio & furto. ff. l. 52. § damna. usq; ad §. duo.

2 *Ex persona facientis & damnum dantis.*

Si socii socius, & is quem socius in societatē admisit, societatem læsit. ff. l. 21. l. 22. l. 23. in prin.

Si seruus socii fecit. ff. l. 23. §. nam & Marcellus. l. 24.

Si hæres socii fecit. ff. l. 35. l. 37. l. 40. l. 65. §. morte.

3 *Ex antecedentibus.*

Si inutiliter societas contracta sit, uide s. De societate.

Si stipulatio in contrahenda societate interuenit. ff. l. 41. l. 71. in prin.

Si seruus socii, qui negligenter in societate uersatus est, ab ambobus sociis societati sit præpositus. ff. l. 24.

Si postquam societati renunciatum est, fecerit, uide s. De uoluntate & renunciatione. uers. si intēpestiuè, &c. cū sequentib.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si socii quidem, non autem societatis interfit, factum non esse. ff. l. 65. §. Labeo autē. uer. semper autem.

Si industria socii, cuius culpa damnum datū est, in plerisq; aliis societas aucta sit: uel commodū aliquod ab eo cuius factum socius præstare tenetur, societati accessit. ff. l. 23. §. idem quærit. l. 25. l. 26.

Si alia actione actum sit. ff. l. 38. §. fi. l. 42. l. 43. l. 45. l. 47. l. 50.

¶ III. *Quibus hæc actio & ius societatis competat?*

De patre socii, & ipso filio. ff. l. 58. §. si filiusfamil. l. 65. §. societas.

De emptore serui socii, & uenditore. ff. l. 58. §. fin.

De hæredibus socii. ff. l. 35. l. 37. l. 40. l. 59. in prin. l. 63. §. in hæredem. §. si seruo. l. 65. §. morte. §. societas. C. l. 3.

De socio socii mei: is mihi socius non est. ff. l. 19. l. 20. lib. 50. tt. 17. l. 47. §. fi.

¶ IIII. *Aduersus quos datur?*

De patre socii, & ipso filio socio. ff. l. 58. §. si filiusfamilias.

De emptore serui socii & uenditore. ff. l. 58. §. fi.

De hæredibus socii.ff.l.35.l.36.l.37.l.63. §.in hæredem.l.65.§.morte.

De eo cuius iussu societas coita est.ff.l.84.

De socio & extraneo possidentibus, ut ab extraneo petatur.ff.l.62.

De eo socio penes quem communis pecunia est, & de aliis.ff.l.65.§.si communis.

De eo qui suam partem à tertio socio consecutus est.ff.l.63.§.si cum tres.

De altero socio si ab altero suũ consequi nõ possit.ff.l.63.§. si cum tres. l.67. in prin. uers.sed si precium.

¶ *V. Quid & quantum ueniat in hac actione?*

Quantum quisq; tam lucri quàm damni habere debeat? Inst.§.& quidem si nihil usque ad §.manet.ff.l.29.30.l.52.§.si uerò id actum.l.80.

Si conuenit, ut socius, uel alius partes societatis constitueret.ff.l.6.l.76.cum quatuor ll.sequentib.

Si totorum bonorum societas coita sit.ff.l.1. §.fin.l.52.§.socium.

Si simpliciter coita sit societas, uniuersorum coita uidetur esse, eorum quæ ex quæstu ueniunt.ff.l.7.cum quatuor ll.sequen.

Si conuenit, ut & quæstus & lucri socii sint: nullum aliud lucrũ debetur quàm quod ex quæstu uenit.ff.l.13.

De reliquis huc pertinentib.uide s̃.Causas huius actionis. Venit insuper in actione pro socio.

Id quod interest.ff.l.52.§.idem respondit socius.l.65.§.item si societatem.

Quod facere potest, & si dolo fecit quo minus possit.Inst. lib.4.tt.6. §.sed etsi quis. ff.l.63. in prin.usq; ad §. in hæredem. l. 67.§.sed si precium.§.fin.l.68.§.illud.li. 42.tt. 1.l. 16.l.22.§.fin.

Vsuræ.ff.l.32.§.idem respondit socius.l.60. in pr.l.67.§.si qd uni. lib.22.tt.1.l.1.§.1.

Id quod alia actione agens minus est consecutus.ff.l.42.l.43.l.47.in prin.

Si socii sui nomine cõueniatur.ff. l.23.in pr.

Si plures sint societates inter eosdem coitæ, ad omnes sufficit unum iudicium.ff.l.52. §.si plures sint.

¶ *VI. Quando competat?*

An ante distractam societatem.ff.l.65.§. nõ nunquam.

An antequam socius cum eo qui damnum dedit agat, cum socio agi possit.ff.l.22.§. item.

¶ *VII. Adfinia remedia.*

Familiæ erciscundæ & communi diuidundo actio.ff.l.31.cum trib.ll. sequentib. l.38. §.fin.l.65.§.si post distractam.

Ex stipulatu actio.ff.l.41.l.71.in prin.

Præscriptis uerbis.ff.l.44.

Furti.ff.l.45.l.51.

Legis Aquiliæ.ff.l.47.l.48.

Legis Fauiæ.ff.l.51.

Ex empto & uendito.ff.l.69.

Actio aduersus extraneum.ff.l.62.

Socio non soluente impensas in rem factas, põt socius post quatuor menses rem propriam habere. ff. l. 52. §.idem respondit socius. C.lib.8.tt.10.l.4.

DE MANDATO, ET EIVS actionib. Inst. lib.3.tt.27. ff.lib. 17.tt.1.C.lib.4.tt.35. Cap. VIII.

¶ DE MANDATO.

¶ I. *Mandatum originem ex officio & amicitia trahit.*

ff.l.1.§.fin.

¶ II. *Diuisio, & species mandati à fine.*

Mandatum quinq; modis contrahitur: siue sua tantum gratia aliquis tibi mãdat, siue sua & tua gratia, siue aliena tantum, siue sua & aliena, siue tua & aliena. at si tua tãtum gratia mandatum fit, magis cõsilium est quàm mandatum. Inst.in prin. usq; ad §.illud quoq;. ff.l.2.

¶ III. *An mandatum sit utile & obligatorium.*

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona mandãtis, & eius cui mãdatur.*

Si tutor contutori suo mandet pupillo quid emi.ff.l.8.§.si tutores.

Si absẽs absenti mãdet.ff.l. 1.in pr.l.32.§. si.

Si possessor libero homini bona fide sibi seruienti mandet.ff.li. 13.tt.6.l.13.§.si.uers. nam & Celsus.lib.3.tt.5.l.18.§.si libero.

Si seruus fugitiuus mandauerit.ff.l.22.§. fugitiuus.

Si procurator alii gerenda negocia mandet. ff.l.8.§.si quis mand.lib.3.tt.5.l.27.

2 *Ex re mandata.*

Si turpe sit, & cōtra bonos mores mandatū. Inst. §. illud quoq;. ff. l. 6. §. rei turpis. l. 12. §. si adolescens. l. 22. §. qui ædem. lib. 18. tt. 1. l. 35 §. ueneni.

Si nihil interest mandatoris. ff. l. 6. §. si tibi mandauero. l. 8. §. mandati.

Si eius tantum intersit cui mandatur. Inst. §. at si tua. §. tua tantum. usque ad §. illud quoque. ff. l. 2. in prin. uers. quòd si tua. §. fi. l. 6. §. plane si tibi. l. 22. §. interdum eue nit. l. 45. §. fi. lib. 50. tt. 17. l. 47.

Si alterius cuiusdam intersit, uide s. uersi. Mandatum quinque. cap. eod.

Si negocia mandat administranda. ff. l. 6. §. si cui.

Subdistinguitur.

Si alterius negocia gerenda mandet. ff. lib. 3. tt. 5. l. 27. li. 17. tt. 1. l. 8. §. si quis māda.

Si fulloni polienda, curandave uestimenta det, uel sarcinatori sarcienda. Inst. §. fi.

Si alicui mandet ut ab actore suo pecuniam mutuam accipiat. ff. l. 10. §. si quis Titio.

Si dominus procuratorem iusserit certā pecuniam suscipere, eamque suo periculo fœnerare, ita ut certas usuras domino penderet. ff. l. 6. §. apud Iulian.

Si quis rem suam, quæ à creditore uel à fisco uenit, emendam mandet. ff. l. 22. §. si hi quorum. §. is cuius bona.

Si seruus se emendum mandauerit. ff. l. 19. l. 54. C. tt. 36. l. 1.

Si liber homo se redimendum mandauerit. ff. l. 54. §. fi.

Si dominus rem suam à se emi mandauerit. C. tt. 36. l. 1. in prin. uer. quoniam qui.

Si in suo loco quis aliquid facere iubeatur. ff. l. 16.

Si ut alicui credat, mandet. Instit. §. & adeò hæc ita. ff. l. 48. §. fi.

Distinctiones, & alia huius mandati, uide s. lib. 17. huius Methodi. cap. 8.

Quicunque contractus tales sunt, ut eorum nomine fideiussor obligari possit, & mandati obligatio consistit. l. 32. uersic. & in summa.

3 *Ex reliquis contingentibus.*

Si sub conditione uel in diem mandet. Inst. §. mandatum. & ff. l. 1. §. item mandatum.

Si post mortem suam aliquid fieri mandat. ff. l. 12. §. fi. l. 13. l. 27. §. 1. lib. 46. tt. 3. l. fi.

Si per nuncium uel per epistolam mandet. ff. l. 1. in prin. l. 32. §. fi.

Si dicat Rogo, uolo, uel alio huiusmodi uerbo usus sit. ff. l. 1. in prin. de reliquis mandati speciebus, uide j. Distinctiones: in actione mandati tam directa quàm contraria. ibi, Si non sit mandatum: cum sequentibus.

De domino serui cedentis.l.7.§.siue autem.

De successoribus.l.7.§.fin.

De uno ex pluribus.l.6.in prin.

¶ VI. *Quid ueniat in ea?*

De duplo.l. 7.§.fi.

Quanti æstimatio facienda.l 8.in prin.

Etiam tanquam latrones puniuntur.l.2.

Si plures fecerint, singuli in solidum tenentur.l.6.in prin.

¶ VII. *Quamdiu competit?*

Perpetua est.l.7.§.fi.

¶ VIII. *Adfinia remedia.*

Actio furti.l.7.in prin.l.9.in prin.

Legis Aquiliæ. l.1.l.5. §.eius. l.7. §.si quis radicitus.

Condictio, & ad exhibendum actio. l.9. in princ.

Ex locato actio l.10.

Quod ui aut clàm.l.12.

Etiam tanquam latrones puniuntur.l.2.

DE TIGNO IVNCTO. ff.lib.47.tt.3. Cap. XV.

¶ 1 *Ratio huius actionis.*

l. 1.in prin.

¶ 2 *Causa ex qua datur?*

Si tignum alienum ædibus uel uineis suis iunxit. l. 1.in prin.

Declaratur quid sit tignum.l. 1.§.tigni autẽ.

DISTINGVITVR:

Si tignum ab uxore donatum in uiri ædes iunctum sit.ff. lib.24. tt. 1.l.63.

¶ 3 *Quid ueniat in hac actione?*

Nõ ut tignum iunctum soluat & reddat, sed in duplum actio datur.l. 1. in prin. lib.6. tt.1.l.23. §.tignum.

¶ 4 *Euentus.*

Etiamsi hoc iudicio actum sit, nihilominus rei uindicatione agi potest. l. 2.

¶ 5 *Adfinia remedia.*

Ad exhibendum actio & rei uindicatio. l. 1. §.fi.l.2.lib.6. tt. 1.l. 23.§.tignum.

DE ACTIONE IN FACTVM de deiecto & effuso, item deposito & suspenso. ff. lib.9. tt.3. Cap. XVI.

¶ DE ACTIONE IN FACTVM *de deiecto & effuso.*

¶ I. *Ratio & usus actionis.*

l. 1.§.summa cum.

¶ II. *Genus & proprium.*

In factum actio est.l.1.§ hæc in factum.

Pœnalis est, & popularis, si libero homini nocitum est.l.5.§.hæc autem.ibi, Nam est pœnalis.

Ex

Ex bono & æquo oritur. l.5. §. hæc autem. ibi, Nec enim hæredibus.

¶ III. *Causæ ex quibus datur.*

Si in eum locum quo uulgò iter fieret, uel in quo consisteretur, quid deiectum uel effusum sit: quo alicui damnum datum est. l.1. in prin. l.5. §. hæc autem.

Si quid suspensum decidit, uel pendens effusum est. l. 1. §. sed & quod suspensum. l.5. §. penult.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex loco ex quo & in quem deiectum uel effusum est.*

Si non in eum locum quo uulgò iter fit. l. 1. in prin.

Si in locum priuatum. l. 1. §. parui autem.

Si aliquando uulgus in illa uia non commeabat. l. 1. §. cæterum si aliquando.

Si de naue sit deiectum. l. 6. §. fi.

Non solùm ad ciuitates & uicos, sed & ad uias, per quas uulgò iter fit pertinet. l. 6. in prin.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si sine culpa inhabitantis factum sit. l. 1. §. hæc in factum. ibi, Nec adiicitur.

Si cum suspenderetur, decidit. l. 1. §. quod cum suspenderetur.

Si is qui operatur in eo loco, uel discendi gratia ibi est, deiecit. l. 5. §. si horrearius.

Si nocte sit deiectũ uel effusũ. l. 6. §. Labeo.

Si cum uno actum sit. l. 3.

¶ IIII. *Quibus datur hæc actio?*

De hæredibus. l. 5. §. hæc autem. §. nec enim hæredibus.

Si plures hanc actionem sibi dari desiderét, cui potissimùm danda. l. 5. §. hæc autem actio.

¶ V. *Aduersus quos datur?*

De habitatore, & domino ędium. l. 1. in prin. §. si hæc in factũ. §. habitare. l. 5. §. si horrearius. §. quis gratuitas. l. 6. §. habitator.

De hospite, & eo qui hospitium dedit. l. 1. §. habitare.

De pluribus habitantibus. l. 1. §. fin. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. in prin.

De hæredibus. l. 5. §. hæc autem actio.

De patre, & ipso filiofamilias inhabitante. l. 1. §. si filiusfamil.

De domino, & ipso seruo inhabitante. l. 1. §. cum seruus.

De eo qui naui præpositus est, si de naui sit deiectum. l. 6. §. fi.

¶ VI. *Quid ueniat in hac actione?*

In duplum datur. l. 1. in prin. §. hæc in factũ. ibi, Nec adiicitur.

Si liber homo perierit. l. 1. in prin. ibi, Si eo ictu. §. sed cum liber.

Si libero homini nocitum est. l. 1. in prin. ibi, Si uerò uiuet. §. hæc autem uerba. l. 7.

Si seruus insciente domino fecit. l. 1. in prin. ibi, Si seruus insciente. §. cum seruus.

Si plures inhabitent, singuli in solidum tenentur. l. 3.

¶ VII. *Quamdiu competit?*

Perpetua est. l. 5. §. hęc autem actio. usque ad §. prætor ait.

¶ VIII. *Euentus.*

Reus condemnatus repetere potest a sociis. l. 4. item ab eo qui deiecit, uel effudit. l. 5. §. cùm autem legis.

¶ *De actione in factum de posito & suspenso.*

ff. lib. 9. tt. 3. l. 5. §. prætor ait. usque ad finem legis.

¶ I. *Ratio huius edicti & actionis.*

§. hoc edictum.

¶ II. *Genus.*

In factum actio est. §. prætor ait ne quis.

Popularis est actio & pœnalis. §. fi.

¶ III. *Causæ ex quibus datur.*

Si quis in subgrunda uel protecto supra eũ locum quo uulgò iter fit, & in quo consistetur, id positum habeat, cuius casus cui nocere possit. §. prætor ait.

Si suspensum decidit. §. penul.

Distinguitur sequentibus modis:

Si inquilinus, dominus, uel alius qui inhabitat, uel non inhabitat, positum habeat. §. ait prætor.

Si seruus posuit. §. positum.

Si in pergula positum habet, non in subgrunda, nec protecto. §. nam cum pictor.

Si in cœnaculo, in horreo, uel alia ædificij parte positũ habet. §. supra eum locum.

Si amphora ex reticulo suspensa decidit. §. penult.

Si non possit nocere positum. §. prætor ait cuius.

Si nulli nocuerit. §. coercetur autem.

¶ IIII. *Quibus datur?*

De

De hæredibus cæterisque successoribus. §.fi.

¶ 5 *Aduersus quos datur?*

De eo qui posuit, & eo qui habitat.§.positū habere.§.si id quod.

De hæredibus.§.fi.

¶ 6 *Quid ueniat in ea?*

Decem solidorum actio est.§.pretor ait.ibi, Qui aduersus.

Si seruus fecerit.§.prætor ait. ibi, Si seruus. §.positum.ibi, Quare si seruus.

DE INTERDICTO VNDE ui.ff.lib.43.tt.15.C.lib.8.tt.4. Cap. XVII.

¶ 1 *Ratio huius interdicti.*

ff.l.1.§.1.ibi, Etenim fuit.

¶ 2 *Genus recuperandæ possessionis interdictum est.*

Inst.lib.4. tt.15. §.recuperandæ.ff. l.1.§.1. ibi, Propter quod.

¶ 3 *Proprium.*

Mox auditur actor, etiam sine inscriptione. C.l.3.

Famosum non est.ff.l.13.

¶ 4 *Causæ ex quibus competit.*

Si quis ui ex aliquo loco deiectus est. Instit. lib.4.tt.15.§.recuperandæ.ff. l.1.in prin. §.1.C.l.2.

Si quis uenientem prohibuerit ingredi in locum aliquem: uel in itinere detinuerit,& ipse possederit.ff. l.1.§.siue autem.usque ad §.uim ui. l.3. §.proinde etsi cum.§. unde ui.l.12.l.18.C.l.10.

Si quis quibusdam superuenientibus metu perteritus fugerit.ff. l.1.§.idem Labeo.l. 2.§.si quis autem. usque ad §.cum igitur. lib.4.tt.2.l.9.§.1.

Si quis aliquem ad tradēdam possessionem ui coegerit.ff.l.5.

Si quis possessorem fundi, uel eos per quos possidebat,in fundo uinxerit, aut eis imperauerit,& opus facere coegerit.ff.l.1.§. idem Iulianus.usque ad §.fi.

Si absentis possessionem ingressus est. C.l. 11.tt.5.l.2.

Si fructuarius uti frui prohibeatur,uide paulo inferius,uer.Si fructuarius.

DISTINCTIONES GENERALES præsertim primæ causæ, si quis ui ex aliquo loco &c.

1 *Ex persona deijcientis.*

Si patronus libertum deiiciat,uel parens liberos.ff.l.1.§.interdictum. lib.37.tt.15.l. 2.§.fi.l.7.

Si filiusfamiliàs deiecit.ff.l.16.

Si emptor fundi colonum deiecit.ff.l.18.

Si conductor precariò possidens, uel alius possessor domino recuperare uolenti resistunt.C.l.10.Vide paulo superius,uer.Si quis uenientem.

2 *Ex persona deiecti.*

Si non dominus sit deiectus.ff.l.18.

Si is per quem dominus possidet.ff.l.1.§. quod seruus.C.tt.5.l.1.

Si seruus uel procurator domini. ff.l.1.§. quod seruus.

Si colonus sit deiectus. ff.l.1.§. denique & si maritus.§.quod seruus.

Si fructuarius uti frui prohibitus sit.ff.l.3. §.unde ui.usque ad §.fi.l.10.

Si usuarius uti ꝓhibitus sit.ff.l.3.§.itē si nō.

Si emptor fundi prohibitus sit. ff. l.12.l.18.

3 *Ex loco unde deiectus est, & re ꝑ uim ablata.*

Si non de solo uel ędificio sit deiectus.ff.l.1. §.ad solam.

Si de re mobili sit deiectus.ff.l.1.§.illud utī que.l.3.§.pertinet.

Si de area sit deiectus. ff.l.1.ad solam.ibi, & si quis de.

Si de re solo cohærenti.ff.l.1.§.& generaliter.§.si quis de na.

Si de naue,uehiculo & ligneis ędificiis sit deiectus.ff.l.1.§.si quis de naue.

4 *Ex causa & antecedentibus.*

Si sine dolo per errorem deiecit, putans rē suam esse,uel quia res sua sit.C.l.5.l.6.l. 7.l.10.

Si iure suo usus est.ff.li.50.tt.17.l.187.§.1.

Si propter iustam & probabilem causam.ff. l.12.§.fi.

Si emptor fundi colonum deiiciat.ff.l.18.

Si creditor pignus ui occupet.C.tt.14.l.3. l.4.

Si iussu alterius deiecit.ff.l.1.§.quoties.

Si permissu iudicis uel magistratus deiecit. C.l.6.tt.5.l.2.

Si uim ui repellat Inst.§.recuperandæ.ff.l.1.

§. uim ui.usque ad §. idem Labeo.l.3.§. eum igitur.l.8.l.17.l.18.C.l.1.

5 *Ex reliquis contingentibus.*

Si deiectus naturaliter uel ciuiliter possedit.ff.l.1.§.deiicitur.§. siue autem.

Si mulier a possessione rei quam a marito dono accepit, deiiciatur. ff. l.1.§.denique etsi maritus.

Si de habitatione sibi gratis concessa deiiciatur.ff.lib.39.tt.5.l.27.

Si de superficiaria insula deiiciatur. ff.l.1.§. & generaliter.

Si usufructus uel usus nomine possedit,&c. uide s̃. Ex persona deiecti.

Si ui clàm uel precariò possedit deiectus. Inst.lib.4.tt.15.§.recuperandæ.uers.licet is.ff.l.1.§.qui autem à me.C.l.3.uide insuper.s̃.uers.Si uim ui rep.

Si non atroci ui deiecit.ff.l.1.§.ad solam.

Si armis deiecit:& quando uis armata intelligatur.ff.l.2.§. armis.usq; ad §.cum procurator.

6 *Ex consequentibus.*

Si is cui uis facta est, nihilominus uel per se uel per suos possessionem retinet. ff.l.1. §.hoc interdictum.§.non autem alii.

Si rei uindicatio in iudicium deducta sit. ff. l.18.§ fi.

Si actum sit.ff.l.1.§.quoties uerus.

¶ V. *Quibus competit hoc interdictum.*

De eo qui nõ possedit. ff.l.1.§.interdictum.

De domino,alio per quem possedit deiecto. ff.l.1.§.quod seruus. C.tt.5.l.1.

De domino, seruo procuratore, colono uel inquilino deiecto. ff. l. 1. §.denique etsi maritus. ibi,non tamen si.§.quod seruus. l.12.l.20.C.tt.5.l.1.

De domino & colono, uel inquilini inquilino deiecto.ff.l.20.

De uenditore & emptore deiecto. ff. l.12. l.18.

De fructuario.vide s̃.Ex pers.deiecti.

De hæredibus, cæterisque successoribus.ff. l.1.§.hoc interdictum.l.3. §.qui usufructus.l.9.

¶ VI. *Aduersus quos datur?*

De eo cuius familia deiecit. ff.l.1.in princ.§. ait prætor.§.quod igitur adiicitur.§.familiæ. usque ad §. quod seruus. l.3. §.cum procurator.

De domino & procuratore deiiciente. ff.l.1. §.quoties uerus.l.3.§.cum procurator.

De eo cuius dolo factum est ut quis deiiceretur.ff.l.3.§.hoc interdictum.

De eo qui mandauit uel iussit. ff.l.1.§.deiecisse.

De eo qui ratum habuit.ff.l.1.§.sed etsi cum quis alium.l.3.§.cum procurator.

De eo qui deiecit, & eo qui possidet. ff.l.1. §.ex interdicto.l.7.l.15.

De patre & filio deiiciente.ff.l.16.

De municipibus, & eo qui illorum nomine deiecit.ff.l.4.

De hæredibus & cæteris successoribus. ff.l.1. §.fi.l.2.l.3.in prin.§.fi.C.l.3.

¶ VII. *Quid ueniat in hac actione?*

Intra annum datur de eo quod ui deiectus ibi habuit: post annum de eo quod ad eũ qui ui deiecit,peruenit.ff.l.1.in prin.

De rebus mobilibus quæ in fundo fuerunt. ff.l.1. §.si fundus. usque ad §. annus.l.3. §.pertinet.l.14.l.19.C.l.9.

De eo quod interest: item de omni damno quod sensit ui deiectus, & de omni causa. ff.l.1.§.qui ui deiectus. §.non solum.l.6. l.15.C.l.4.

De fructibus. ff. l.1. §. ex die quo quis. lib. 22.tt.1.l.38. §. in Fauiana. uers. & ideo. C.l.4.

Si dominus familiæ nomine conueniatur.ff. l.1.§. quod igitur adiiciatur. §. si quis tamen neget.

Si usufructuarius sit deiectus.ff.l.3.§.penul. l.9.§. deiectum.

Si cum proprietarius deiectus esset, usufructuarius ex eo usumfructũ ꝑdidit. ff.l.10.

Si colonus finito conductionis tempore non restituit fundum.C.l.10.

Is quoque qui aliquem ui deiecit, si quidé dominus rei fuit, dominium eius amittit: sin autem aliena res est, rei possessionem & æstimationem deiecto restituere tenetur.Inst.lib.4.tt.15. §.sed ex constitutionibus.C.l.7.l.10.

¶ VIII. *Quando & quamdiu datur?*

Intra annum & post annũ diuerso respectu. ff.l.1.in prin. §.annus.l.3. §.hæc actio.§. hoc interdictum. lib.10. tt.3. l.7. §. Iulianus.uers.quia placuit. C.l.2.tt.5. l.1.lib. 8.tt.36.l.5.

¶ IX. *Adiuncta, seu de probatione, & in reiurando de rebus ablatis.*

C.l.9.

¶ X. *Ad finia remedia.*

De legibus Iuliis publicorum & priuatorũ iudiciorum: item de cõstitutionibus principum. Inst. lib.4. tt.15. §. recuperandæ. ff. l.1. §. ne quid autem. C.l.4.

Actio. ff. tt.16. l.1. §. restituendæ.

Furti & ui bonorum raptorum. ff. l.1. §. illud utique. §. si fundus.

Ad exhibendum. ff. l.1. §. illud utique. §. si fundus.

Rei uindicatio. ff. l.3. §. unde ui interdictum.

Actio in factum. ff. l. 1. §. interdictum hoc §. fin.

NE VIS FIAT EI QVI IN possessionem missus est. ff. lib.43. tt.4. Cap. XVIII.

¶ I. *Ratio huius interdicti.*

ff. l.1. §.1.

¶ II. *Genus. In factum actio est.*

ff. l.1. in prin.

Pœnalis actio est. ff. l.1. §. hanc actionem.

Et prohibitorium & restitutorium est interdictum. ff. l.3. §. cum prætor. l.1. §. hæc actio.

¶ III. *Causæ ex quibus competit.*

Si quis dolo malo fecerit, quo minus missus in bonorum possessione sit. ff. l. 1. in prin.

Si quis prohibuerit missum in possessionem uenire: item si quis de possessione pulsus est. ff. l.1. §. hæc actio. l.4. §. fi.

DISTINGVITVR:

1 *Ex antecedentibus prohibitionem: & causa ex qua quis in possessionem missus est.*

Pertinet ad omnes qui a prætore in possessionem missi sunt. ff. l.1. §. est autem. l.4. §. fin.

Si rei seruandæ causa in possessionem missus sit. ff. l.1. §. sed siue.

Si uenter in possessionem missus est. ff. l.1. §. sed siue. l.3. §. cum prætor.

Si damni infecti nomine missus est. ff. l.4.

Si fideicommissi seruandi causa missus sit. ff. l.1. §. sed siue. l 3. in prin.

Si ex falsa & iniusta causa in possessionem missus. ff. l.1. §. hæc uerba. ibi, Proinde. l.3. §. fi. lib.42. tt.4. l.14. §.1. ibi, Licet possit deficere.

Si quis fideicommissi seruandi causa in bona hæredis missus sit. ff. l.3. §. constitutum.

Si nondum missus sit in possessionem, quòd prætoris adeundi potestas non fuit. ff. l.4. §. sed ex alia.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si alieno nomine prohibitus sit, uel prohibuit. ff. l.2.

Si alius quàm dominus prohibuit. ff. l.1. §. est autem. ibi, Siue dominus.

Si pupillus uel furiosus prohibuit. ff. l.1. §. hoc edicto.

Si sine ui prohibuit. ff. l.1. §. hæc actio. ibi, Nec exigitur.

Si sine dolo malo prohibuit: ut quia suam possessionem putabat, uel non debitoris. ff. l.1. §. si quis ideo.

Si cum damni infecti nomine in possessionẽ missus esset, dominus ruinosarum ædium promittit de damno infecto, uel per eum non stat quo minus promittat. ff. l.4. in prin.

Si cum fideicommissi seruandi causa in possessionem missus esset, conditio defecerit. ff. lib.42. tt.4. l.14.

Si cum creditor in possessionem missus, ab aliquo prohibitus esset, a uenditore acceperit quanti eius interfuit. ff. lib. 42. tt.1. l.51. §. si quis.

¶ IIII. *Quibus datur hoc interdictum?*

De hæredibus, cæterisque successoribus. ff. l. 1. §. fin.

¶ V. *Aduersus quos datur?*

De hæredibus, cæterisque successoribus. ff. l.1. §. hanc actionem.

De domino & patre filij uel serui prohibentis. ff. l.1. §. si domini.

De tutore prohibente, & pupillo. ff. l.1. §. hoc edicto.

¶ VI. *Quid ueniat in hac actione?*

Quanti ea res est ob quam in possessionem missus est. ff. l.1. in prin. §. hæc uerba. l.2. l.4. §. prætor in eum.

¶ VII. *Quamdiu competit?*

Annalis est. ff. l.1. §. hanc actionem.

¶ VIII. *Ad finia remedia.*

Si uenter in possessionem missus sit. ff. l. 3. §. cum prætor.

Si quis fideicommissi seruandi nomine in possessionem missus sit. ff. l. 3. in prin.

DE INTERDICTIS VTI possidetis, de superficiebus, & utrubi. Cap. XIX.

¶ *Vti possidetis.*

ff. lib. 43. tt. 16.

¶ I. *Ratio huius interdicti.*

Inst. lib. 4. tt. 15. §. retinendæ. ibi, namque nisi. ff. l. 1. §. huius autem. §. interdictum. lib. 41. tt. 2. l. 35.

¶ II. *Nomen.*

Vti possidetis uulgò dicitur. l. 1. §. est hoc igitur.

¶ III. *Genus, & proprium.*

Prohibitorium interdictum est ad retinendam possessionem. l. 1. §. hoc interdictum. §. est hoc igitur.

Duplex est. Inst. lib. 4. tt. 15. §. tertia diuisio. ff. l. 3. §. hoc interdictum.

¶ IIII. *Differentia huius interdicti, et superioris Vnde ui.*

l. 1. §. est hoc igitur. ibi, & consequenter.

¶ V. *Causæ ex quibus datur.*

Si uis fiat possidenti. l. 1. in prin. C. lib. 8. tt. 6. l. 1.

Declaratur quid sit uim facere possidenti. ff. tt. 15. l. 11. tt. 16. l. 3. §. item uideamus. ibi, etenim qui colere.

Si quis suo, qualiter uelit, uti prohibeatur. ff. lib. 8. tt. 5. l. 8. §. sed & interdictum. lib. 43. tt. 15. l. 11. lib. 47. tt. 10. l. 4.

Si quis in suo ædificare, arare, &c. prohibeatur. ff. l. 3. §. hoc interdictum. usque ad §. item uideamus. ς. tt. 15. l. 11. lib. 41. tt. 2. l. 52. §. eum qui.

Si prohibeatur præcidere uel traducere uites ex suo fundo in fundum uicini transductas. ff. l. 3. §. item uideamus.

Si quis proiectum supra uicini solum, uel in ædes uicini non iure habere dicatur. ff. l. 3. §. item uideamus. cum §. sequente.

Si uicinus meus in pariete meo tectoria habeat. ff. l. 3. §. si uicinus.

Si inter duos de possessione sit cõtrouersia. Inst. lib. 4. tt. 15. §. retinendæ. ff. l. 1. §. huius autem. ibi, sed si inter.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex re quam possidet, & de cuius possessione contentio est.*

De quauis re soli. ff. l. 1. §. hoc interdictum.

Si de possessione rei mobilis. inst. lib. 4. tt. 15 §. sed interdicto quidem. ff. l. 1. §. hoc interdictum.

Si de cloacis. ff. l. 1. in prin.

Si de re quæ possideri non potest. l. 1. §. hoc interdictum.

Si partem possideat. ff. l. 1. §. hoc interdictum.

Si superficiem possideat. ff. l. 3. §. cæterùm superficiarius.

Si cœnaculum possideat alter, alter ædes. ff. l. 3. §. sed si suprà.

2 *Ex causa ex qua possidet alter, uel uterque.*

Si ui, clàm uel precariò possideat alter, uel uterque. inst. lib. 4. tt. 15. §. sed interdicto quidem. ff. l. 1. in prin. §. perpetuò. §. fin. l. 2. l. 3. in prin. §. non uideor. lib. 41. tt. 2. l. 6. l. 40. §. seruum tuum. usque ad fi. legis. l. ult. C. lib. 7. tt. 32. l. 6.

Si creditores rei seruandæ causa, uel alij custodiæ causa in possessionem missi sunt. ff. l. 3. §. creditores.

Si ususfructus uel usus nomine possideat. ff. l. 4.

Si alter usumfructum, aliter possessioné sibi defendat: item alter usum, alter usumfructum. ff. l. 4.

Si alter ex iusta, alter ex iniusta causa possideat. ff. l. 3. in prin.

3 *Ex reliquis contingentibus.*

Si rem uindicat. ff. lib. 41. tt. 2. l. 12.

¶ VI. *Quibus datur hoc interdictum?*

De eo qui ædes possidet, & eo qui cœnaculum. ff. l. 3. §. sed si suprà.

¶ VII. *Apud quem competit?*

Apud rectorem prouinciæ. C. lib. 8. tt. 6. l. 1.

¶ VIII. *Quid ueniat in hoc interdicto?*

Quanti ea res est. ff. l. 1. in prin. ibi, Nec pluris. l. 3. §. in hoc interdicto.

Vt tollat tectoria ex ædibus meis. ff. l. 3. §. si uicinus.

¶ IX. *Quamdiu datur?*

Intra annum, quo primùm experiundi potestas erit. ff. l. 1. in princip. ibi, Neque pluris.

Adfinia

¶ 10 *Adfinia remedia.*

Exceptio.ff.l.1.§.restituendę.

Iniuriarum actio.ff. lib.47. tt.10. l.13. §.si quis me.l.14.

¶ DE SVPERFICIEBVS.

ff.lib.43.tt.17.

¶ 1 *Ratio & usus huius interdicti.*

l.1.§.qui superficiem.

¶ 2 *Proprium & simile.*

Duplex est.l.1.§ proponitur.

Ad exemplum interdicti Vti possidetis proponitur: & omnia quæ in illo interdicto seruantur, in hoc quoque seruabuntur.l.1.§.proponitur.

¶ 3 *Causa ex qua datur?*

Si quis superficie uti prohibetur.l 1.in prin.

Declarat, quę sint superficiarię ædes.l.2.

DISTINGVITVR:

Ex quacũque causa possideat, nihil interest l.1.§.proponitur.

Si ui, clàm uel precariò possideat.l.1.§.proponitur.

¶ 4 *Adfinia remedia.*

De actione ex conducto, & ex empto.l.1.§.qui superficiem.

De alia actione quæ datur superficiario.l.1.in prin. ibi, Si qua alia. §.quod autem ait. §.si soli. §.quod aũt. §.& si duobus.

¶ 5 *Reliqua.*

De actione quæ datur domino soli. l.1.§.is autem cuius.§.quod autem.

Reliqua iura superficiei. l.1. §.quod autem usque ad fi.legis.

¶ *Vtrubi.*

ff.lib.43.tt.30.

¶ 1 *Simile.*

Interdictum hoc simile est interdicto Vti possidetis. Inst. lib.4.tt.15.§.retinendæ. ff.l.1.§.fi.

¶ 2 *Differentia huius interdicti, & interdicti Vti possidetis.*

Inst. lib.4.tt.15. §.sed interdicto.ff.l.1.§.1.

¶ 3 *Causa ex qua datur.*

Si inter duos de rei mobilis possessione controuersia fit, is uincit qui eam partem maiore parte eius anni possedit. Inst. li.4.tt.15. §.retinendæ. §.quorum uis.ff.l. 1.in prin.

Mutatur, & constituitur ut is uincat qui litis contestatę tempore, uel cum inquietatur detinet.Iust.lib.4.tt.15.§.quorum uis ibi, Hodie.ff.l.1.§.fi.

Distinguitur. Si ui, clàm uel precario alter ab altero possideat. Inst.li.4.tt.15.§.quorum uis.ff.l.1.§.fi.

De reliquis huiusmodi interdictis, uide supra lib.8.huius Methodi.

DE INTERDICTIS IN GEnere. Inst. lib.4. tt.15. ff.lib. 43. tt.1.C. lib.8.tt.1. Cap. XX.

¶ 1 *Definitio interdictorum.*

Inst.in prin.

¶ 2 *Ratio nominis.*

Inst.§.sunt tamen qui putant.

¶ 3 *Genus & propria.*

Actionis uerbo continentur.ff. lib.44.tt.7. l.36.

Personalia sunt, non in rem.ff.l.1.§.penult.

In factum actione sine solennitate proponuntur.Inst.§.fi.C.l.3.l.4.

Ad priuatas causas, non ad publicas pertinent.ff. lib.47.tt.10.l.14.§.fi.

¶ 4 *Diuisiones & species.*

Non infamant.ff.tt.15.l.13.

Aut de diuinis rebus sunt aut de humanis.ff. l.1.in prin.l.2.§.interdicta autem.

Quædam prohibitoria sunt, quędam restitutoria, quædam exhibitoria. Inst.§.summa ff.l.1.§.interdictorum autem.

Quædam sunt adipiscendæ, quędam retinẽdę, quædam recuperandæ possessionis. Insti.§.sequens diuisio.usque ad §.tertia diuisio.ff.l.2.§.interdicta.usque ad fi.legis.

Alia in præsens, alia in præteritum sunt cõcepta. ff. l. 1.§.interdictorum quædam.

Alia proprietatis causam continẽt, alia possessionis.ff.l.2.§.quædam interdicta.

Alia simplicia sunt, alia duplicia. Inst.§.tertia diuisio.ff.l.3.in prin §.fi.

¶ 5 *Quæ actio ex iis detur?*

In factum actio.Inst.§.fi.C.l.3.§.fi.l.4.

¶ 6 *Apud quem competit?*

De præside prouinciæ, si reus non sit eius prouinciæ.C.l.2.

¶ 7 *Quid ueniat in ea?*

De fructibus.ff.l 3 tt.15. l.1.§. ex die quo.

Si seruus deliquerit, uel uim fecerit. ff.l.fin.

¶. 8. *Quamdiu competunt?*

Quædam annalia sunt, quędam perpetua. ff. l. 1. §. fi. l. 4.

¶. 9. *Adiuncta officia actoris?*

Sine solennitate proponuntur Inst. §. fi. C. l. 3. l. 4.

Actor tenetur exprimere actionem. C. l. 4.

Singula interdictorum species subiectæ sunt suis locis.

DE RELIQVIS DELICTIS & criminibus. ff. lib. 47. tt. 11. Cap. XXI.

Si glandem ex arbore tua in fundum meum cadentem ego immisso pecore depascam. ff. lib. 19. tt. 5. l. 14. §. si glans. lib. 10. §. 10. tt. 4. l. 9. §. glans.

Si calicem argenteum alienum in profundum ali iecit. ff. lib. 19. tt. 5. l. 14. §. sed etsi calicem.

Si alienas merces in mare proiecit. ff. lib. 19. tt. 5. l. 4. in prin.

Si seruum alienum spoliauerit, isque frigore periit. ff. lib. 19. tt. 5. l. 14. §. sed & si seruum.

Si quis alienas sollicitauerit nuptias, & matrimonia interpellauerit. l. 1. in prin.

Si puero stuprum abducto ab eo uel corrupto comite persuaserit, aut mulierẽ, puellamve interpellauerit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, preciumve quo is persuadeat dederit l. 1. §. fi.

De non naturalibus luxuriis, blasphemiis & iura mentis per Deum, per capillum, per caput. C. lib. 5. tt. fi. l. fi. §. fi. Nouel. c. 77. c. 141.

De lusu. ff lib. 11. tt. 5. C. lib. 3. tt. 43. l. 15.

De periurio. uide supra lib. 2. huius Methodi. cap. De iureiurando.

Si mulier partum abegit. l. 4. lib. 48. tt. 18. l. l. 8. tt. 19. l. 39.

Si quis partum exposuerit. C. li. 8. tt. 52. l. 2.

Si fimo corrupto aliquem perfuderit cœno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas lacus, quidve aliud ad iniuriam publicã contaminauerit. l. 1. §. fit iniuria.

Si album corrupit. ff. lib. 2. tt. 1. l. 7. l. 8. l. 9. lib. 48. tt. 10. l. 32. in prin.

Si aliquid fecit, quod leues hominum animi superstitione numinis terreantur. ff. lib. 48. tt. 19. l. 30.

De circulatoribus qui serpentes circunferunt & proponunt, si cui ob eorum metũ damnum datum est. l. 8.

De concussione, si simulato pręsidis iussu cõcussio interuenit, &c. ff. tt. 1.

De scopelismo, hoc est lapidum positione. l. 7. §. sunt quædam.

Si Nili aggeres rumpat. ff. l. 7. §. fin. C. lib. 9. tt. 38. l. 1.

De non præcidendis quibusdam arboribus nec transferendis, nec excidendis. C. lib. 11. tt. 77. l. 2.

De termino moto, uide supra lib. 20. huius Methodi. c. 8.

De saccul ariis & directariis. ff. l. 7. in prin. tt. 18. l. 1. §. expilatores.

De effractoribus. ff. tt. 18. l. 1. §. expilatores. l. 2.

De expilatoribus. ff. tt. 18. l. 1. §. expilatores

De instrumentis proditis. l. 7. §. sunt præterea. lib. 48. tt. 10. l. 1. §. is qui deposuit.

De præuaricatoribus receptoribus, & effractoribus uide supra lib. 1. huius Methodi.

De publicis iudiciis in genere.

Committuntur insuper delicta emendo, uendẽdo, locando, sepeliendo, ad statuas confugiendo, &c.

¶ *De confugiendo ad statuas.*

Si quis ad statuas & imagines ad iniuriam alterius confugit. ff. lib. 48. tt. 19. l. 28. §. ad statuas.

Si cuius instinctu seruus ad infamandum dominum ad statuas confugit. l. 5.

De sepeliendo & mortuum inferendo

Si in alienum locum mortuum intulerit. ff. lib. 11. tt. 7. l. 2. §. 1. usque ad §. nam totus l. 7. l. 8. §. in hac autem.

Si in locum publicis usibus destinatum, mortuum intulit ff. li. 11. tt. 7. l. 8. §. si in locũ.

De emendo & uendendo.

Si monopolium exercet. C. lib. 4. tt. 59. l. 1.

Si purpuram emerit uel uendiderit. C. lib. 11. tt. 8. l. 5. lib. 4. tt. 40. l. 1.

Si sericum à barbaris emerit. C. lib. 4. tt. 40. l. 2.

Si publicè mala medicamenta uendiderit. Inst. lib. 4. tt. fin. §. sicarii. ff. lib. 48. tt. 8. l. 3. in prin.

De

De armis non à quolibet fabricandis, nec uendendis. Nouell. c. 85.
De armis, & aliis rebus à mercatoribus ad barbaros non transferendis. C. lib. 4. tt. 63. l. 2. tt. 41. lib. 12. tt. 45. l. 1.
Si illicitas merces uendiderit. ff. lib. 39. tt. 4. l. 11. in prin. §. dominus. usque ad §. fi. C. lib. 4. tt. 61. l. 9.
Si non salinarius sal emerit uel uendiderit. C. lib. 4. tt. 61. l. 11.
De emptione & uenditione quarundam arborum prohibita. C. lib. 11. tt. 77. l. 1.
Si pater filium uendiderit. C. lib. 4. tt. 43. ff. lib. 21. tt. 2. l. 39. §. pater.
Si rem religiosam emerit uel uendiderit. C. lib. 9. tt. 19. l. 1.
Si frumenta publici canonis uendãtur à nautis. C. lib. 4. tt. 40. l. 3. l. 4.
Si rem alii obligatam, alii alienauerit: uide infra c. prox.
Si duobus eandem rem diuersis temporibus uendiderit. ff. lib. 48. tt. 10. l. 21. lib. 47. tt. 20. l. 3. §. ubicunque.
Si domum uel uillam diruat negociandi causa, & particulatim emat uel uendat. ff. li. 18. tt. 1. l. 52.
Si habitatores metrocomiæ loca sui iuris extraneis alienent. C. lib. 11. tt. 55. l. 1.
Si Palatini à priuatis imperatoris q̃d emant C. lib. 4. tt. 44. l. 18.
Si nominatores ad munera à nominatis q̃d emant. C. lib. 10. tt. 70. l. 2. §. fi.
Si officialis à suis prouincialibus emat. ff li. 18. tt. 1. l. 46. l. 62. in prin.
Si tutores à pupillis emant, uide locum De tutela & cura s̃. lib. 6. huius Methodi.
Si medicus ab ægroto emat. ff. lib. 50. tt. 13. l. 3.
Si dominus seruum fugitiuum, uel alius seruum alienum uel liberum hominem uendiderit. uide supra lib. 1. huius Methodi De lege Fauiã.
Si eunuchos fecerit & uendiderit. C. lib. 4. tt. 42. Nouell. c. 142.
Si seruus ad bestias uenditus sit. ff. lib. 48. tt. 8. l. 11. §. 1.
Si nõ secundum actionis formulam, sed plures merces uendiderit, uel operas locauerit. Nouell. c. 122.

De conducendo & alio modo contrahendo.

Si tutor uel curator uel alius deposito officio ante restitutam tutelam uel administrationem, uel ante susceptam tutelam, cum fisco contrahit. ff. lib. 48. tt. 10. l. 1. §. tutores. usque ad §. fi. lib. 19. tt. 2. l. 49.
Si quis militi prædia locauerit. ff. lib. 19. tt. 2. l. 50.

De mutuo dando.

Si iudici mutuam dat pecuniam, uel ob honorem consequendum. C. lib. 4. tt. 2. l. 16.

De societate.

Si improbè in alienã litem coierint, ut quidquid condemnationem in rem eius redactum fuerit, inter eos communicaretur. ff. lib. 48. tt. 7. l. 6. tt. 10. l. 1. §. 1.
Si illicita collegia usurpant. ff. lib. 47. tt. 22. l. 3. § fi.
Quę sint illicita collegia, uide s̃. lib. 3. huius Methodi, De ciuibus & collegiis.

De pignore.

Si quis liberum hominem pignori acceperit. ff. lib. 20. tt. 3. l. 5.
Si pater filium pignori dederit, uide paulo superius, uer. Si pater filium.

De pactis.

De pactis mercatorum & artificum, quo pluris uendant, & ne alter opus ab altero cœptum impleat. C. lib. 4. tt. 59. l. 1.
Sunt præterea delictorum alia communia, alia propria certarum personarum, utputa magistratus, militum, &c. ff. lib. 49. tt. 16. l. 2. ĩ prin. De propriis, uide in suis locis de militibus de magistratu, de clericis, &c.

DE CRIMINE STELLIONATUS. ff. lib. 47. tt. 20. C. lib. 9. tt. 34. Cap. XXII.

¶ I. *Genus & propria.*

Neque publicum neque priuatum est iudicium. ff. l. 1. tt. 11. l. 3. C. l. 3.
Quod in priuatis iudicis est de dolo actio, hoc in criminibus est stellionatus persecutio. ff. l. 3. §. stellionatum.
Non infamat. ff. l. 2.

¶ 2 *Causæ ex quibus competit.*

Si quid dolo factum est, deficitque titulus criminis, hoc crimen locum habet. ff. l. 3. §. 1. §. & ut generaliter.

Si rem alii obligatam, dissimulata obligatione alii distraxerit, permutauerit, uel in solutum dederit. ff. l. 3. §. ubicunque. lib. 48. tt. 10. l. 21. l. 28. C. l. 2. Vel pignori dederit. ff. lib. 20. tt. 1. l. 15. §. qui res suas. li. 22 tt. 4. l. 3. C. l. 1. l. 4.

Si rem alienam pignori dedit. C. l. 2. ff. l. 4.

Si creditor idem debitum bis exegit, uel ei solutum est. ff. lib. 17. tt. 1. l. 29. §. in omnibus.

Si peierauit. ff. l. 4.

Si imposturam uel collusionem fecit in necem alterius. ff. l. 3. §. item si quis.

Si merces suppressit. ff. l. 3. §. si.

Si merces supposuit, obligatas auertit uel corrupit. ff. l. 3. §. sed etsi.

¶ 3 *Apud quem competit.*

Ad præsidis cognitionem spectat. ff. l. 3. in prin.

¶ 4 *Quid ueniat, seu de pœna.*

Pœna extraordinaria est. ff. l. 2. l. 3. §. pœna.

Pœna opus metalli in plebeiis egredi nō debet. ff. l. 3. §. pœna.

Si peierauit, dū iurat pignora sua esse. ff. l. 4.

FINIS LIBRI VICESIMITERTII,

ET SEXTAE PARTIS.

METHODI IVRIS CIVILIS PARS SEPTIMA:

DE CAVSIS QVIBVS IVRA RETINENtur, amittuntur & recuperantur:

NICOLAO VIGELIO AVCTORE.

De exceptionibus in integrum restitutionibus, & similibus Iuris remedijs.

LIBER VICESIMVS QVARTVS.

IN præcedentibus libris causæ quib. iura adquiruntur, sunt propositæ & descriptę. Sequuntur nunc causę quibus iura adquisita retinétur, ammittunt̃, & amissa recuperātur: quanq̃ & in superioribus libris eiusmodi causæ propositæ sunt. Nam retinédæ possessionis est, interdictum Vti possidetis & Vtrubi: recuperādæ autem est interdictũ Vnde ui, &c. de quibus s̃. uidere licet. Sed & eædem sunt causæ amittendi iuris, quæ adquirédi. l. 1. ff. pro derelicto. item lib. 50. tt. 17. l. 195. de quibus s̃. tractatum est. Sæpe autem causæ ex quibus iura ab uno ad aliũ transferri solent, inutiles sunt, & ad transferendum inefficaces: puta, si cum minore uigintiquinque annis gestum est, si metus causa dolo malo, propter absentiā alterutrius, uel aliam similem causam quid gestũ est, si per errorem & ignorantiam, si ob turpé uel iniustam causam, si sine causa quid datũ uel promissum est, si causa non sit secuta, si iudicii mutādi causa uel in fraudem creditorum alienatio est facta: quibus casibus ei qui, si gestum ualeret, ius suum amisisset, & adquisiuisset alter, ad ius retinendum cōpetit exceptio, si rem possidet, uel ad rem amissam recuperandam in integrũ restitutio, aut condictio aliqua: de quibus sequitur.

DE EXCEPTIONIBVS.

Inst. lib. 4. tt. 13. ff. lib. 44. tt. 1. C. lib. 8. tt. 36. Cap. I.

¶ *1. Definitio.*

ff. l. 2. in prin. l. 22. in prin.

¶ *2 Genus.*

Exceptio an sit actio. ff. l. 1. l. 12. lib. 22. tt. 3. l. 19. in prin. lib. 50. tt. 16. l. 8.

¶ *3 Diuisiones & species.*

Diuiduntur exceptiones in ciuiles & prætorias. Inst. §. alioqui. item in peremptorias & dilatorias. Inst. §. appellātur. usque ad fin. tituli. ff. l. 2. §. fin. l. 3.

De exceptione, quòd præiudicium rei non fiat. ff. l. 13. l. 16. l. 17. l. 18. l. 21. lib. 5. tt. 1. l. 54. lib. 4. tt. 1. l. 4.

De exceptione mandādi sibi actiones. ff. lib. 10. tt. 2. l. 18. §. si filiusfamilias. de hac exceptione, uide passim Euētus actionum: itē j. li. prox. c. 2. mēb. 6. uer. De cedēdis.

De replicationibus. Inst. tt. 14. ff. l. 2. §. replicationes. l. 22. C. l. 10.

¶ 4 *Finis & officium exceptionum.*

Excludere actionem. Inst. in prin. ff. l. 2. in prin. §. illud.

¶ 5 *Causæ ex quibus competunt.*

Exceptiones opponũtur aut quia factum est quod fieri oportuit, aut quia factum est quod fieri non oportuit, aut quia factum non est quod fieri debuit. ff. l. 20.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si conuenit, ne ulla exceptio obijciatur. ff. lib. 2. tt. 11. l. 4. §. quæsitum.

¶ 6 *Quibus competunt?*

De eo cui competit actio. ff. lib. 50. tt. 17. l. 198. §. 1.

De fideiussorib. Inst. tt. 14. §. fin. ff. l. 7. l. 19. C. l. 11. ff. lib. 46. tt. 1. l. 16. in prin.

De hæredibus, & cæteris successoribus. ff. li. 43. tt. 18. l. 3. §. si quis ab auctore. ibi, Cũ enim success. lib. 50. tt. 17. l. 198. §. cum quis.

¶ 7 *Aduersus quos dantur?*

De hæredibus, cęterisq; successoribus. ff. li. 50. tt. 17. l. 185. l. 156.

De eo cui delegatus est reus. ff. lib. 46. tt. 2. l. 12. l. 13. l. 19. l. 33. lib. 44. tt. 5. l. 1. §. siue autem.

¶ 8 *Quando & quandiu competit.*

Peremptoria exceptio post litem contestatam, ante sententiam quandocunq; obiici potest. C. l. 4. l. 8. lib. 7. tt. 50. l. 2.

Dilatoria uerò exceptio non nisi ante litem contestatam post obiici. C. l. 12.

De fori præscriptione & recusatoria iudicis ante litem contestatam obiicienda. C. l. 13. lib. 3. tt. 13. l. 4.

De exceptione post probatã actionem probanda, antè opponenda. C. lib. 4. tt. 19. l. 19. lib. 8. tt. 36. l. 9.

Quæ temporaria sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ff. tt. 4. l. 5. §. fin. C. l. 6. contra. ff. lib. 15. tt. 1. l. 30. §. fin.

¶ 9 *Quot obijciendæ, seu de cumulatione exceptionum.*

Pluribus exceptionib. quis uti non prohibetur. ff. l. 5. l. 8. lib. 50. tt. 17. l. 43. in prin.

¶ 10 *Effectus exceptionum.*

Qui exceptionem obiicit, non utiq; existimatur cõfiteri de intẽtione actoris. ff. l. 9.

Nulla actio est, quæ exceptione remoueri põt. ff. lib. 4. tt. 3. l. 7. §. seruus. ibi, Quasi nulla. lib. 50. tt. 17. l. 13. l. 66. l. 112.

DE IN INTEGRVM RESTITUTIONIBUS. ff. lib. 4. tt. 1. C. lib. 2. tt. 46. cum sequentibus. Cap. II.

¶ I. *Causæ ex quibus in integrum restitutio competit, seu petenda sit.*

Si quis lapsus uel circumscriptus sit, siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderit in captionem, siue per status mutationem, aut iustũ errorem. ff. l. 1. l. 2.

De singulis istis causis, nec non de aliis, uide capita sequentia.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si minima res uel summa sit propter quam in integrum restitutio petitur, per quam maiori rei uel sũmæ præiudicatur. ff. l. 4.

¶ II. *Quibus competit in integrum restitutio?*

De successoribus. ff. l. 6. in prin.

De domino minoris. ff. l. 6. §. proinde. usq; ad fin. legis.

¶ III. *Per quos competunt.*

Causa in integrum restitutionis etiam per procuratorem agi potest. C. tt. 48. l. 1.

¶ IIII. *Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda?*

De eo ubi domicilium habet reus conuentus. C. tt. 46. l. 2.

De iudicibus ordinariis & delegatis, non cõpromissariis. C. tt. 46. l. 3.

Si contra sententiam procuratoris Cæsaris restitutio postuletur: solus princeps cõpetens est iudex. C. tt. 46. l. 1.

¶ V. *Quando & quandiu competit?*

Intra quadriennium. C. tt. 52. l. 3. l. 6. l. 7.

¶ VI. *Adiuncta & euentus in integrum restitutionis.*

De causa à iudice cognoscenda. ff. l. 3.

Omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur. C. tt. 49. l. 1.

De dilatiõe dãda actori uel reo. C. tt. 52. l. 6

Quidquid ad eum qui restituitur, peruenit, id restituere debet. C. tt. 47. l. 1.

Non uidetur re exclusus, quem prætor in integrum se restituturum pollicetur. ff. l. 5.

DE EO

DE EO QVOD METVS CAVSA gestum est. ff. lib. 4. tt. 2. C. lib. 2. tt. 19. Cap. III.

¶ *De actione Quod metus causa.*

¶ I. *Genus.*

Arbitraria est actio. Inst. lib. 4. tt. 6. §. praeterea. ff. l. 14. § haec autem.

¶ II. *Causa ex qua competit haec actio.*

Si quid ui metusve causa gestum est, ut restituatur. ff. l. 1. in prin. §. fin. l. 3. in prin. C. l. 12.

Declaratur quid sit uis, quid metus. ff. l. 1. §. metus. l. 2.

Distinguitur sequentibus modis:

1 *Ex re quam metuit.*

Si res nulla sit quam metuit, uel minus malum. ff. l. 5. l. 6. l. 7. §. 1. l. 9. in prin.

Si infamiam uel aliquā uexationem metuit. ff. l. 7. in prin.

Si ne uinctus ducatur ad iudicem metuit. ff. l. 23. §. si iusto.

Si metu accusationis institutae uel futurae gessit. C. l. 10. lib. 8. tt. 38. l. 9. §. 1.

Si deprehēsus ī aliquo flagitio metuat ne occidatur, uel ne prodat̄. ff. l. 7. §. fi. l. 8. in prī.

Si ne ad ciuilia munera nominetur, metuit. C. l. 8.

Si ne stuprū patiatur, metuit. ff. l. 8. §. quod si dederit.

Si ne instrumenta status interuertat, metuit. ff. l. 8. §. si is accipiat.

Si seruitutis metu, uel similium gessit. ff. l. 4.

Si mortis aut uerberum terrore gessit. ff. l. 3. §. fin.

Si ne liberis quid mali accidat, metuit. ff. l. 8. §. fin.

2 *Ex persona eius à quo metuit, & qui metum infert.*

Non quaeritur in hac actione, quis metum intulerit. ff. l. 9. §. animaduertēdum. l. 14. §. in hac actione. tt. 3. l. 15. §. fin.

Si populus, curia, collegium uel corpus metum intulit. ff. l. 9. §. animaduertendum.

Si magistratus uel officialis metum intulit. ff. l. 3. §. 1. l. 23. §. si quis quod. C. l. 11. l. 12.

Si parens metum intulit liberis. ff. lib. 44 tt. 4. l. 4. §. fin.

3 *Ex causa ex qua metuit, & modo quo metus illatus est.*

Si meticulosus rē nullam frustra metuerit. ff. l. 6. l. 7. §. 1. lib. 50. tt. 17. l. 144.

Si suspicatus est malum non praesens. ff. l. 9. in prin.

Si minatus ē illi uim aduersarius. C. l. 7. l. 9.

Si quòd audiret aliquem cum armis uenire, profugit. ff. l. 9. §. 1.

Si quòd in dignitate positus sit aduersarius, metuit. C. l. 6. l. 1.

Si quòd ingratus fuerit aduersus patronum, metuit ne in seruitutem retrahatur. ff. l. 21. in prin.

Si in furto uel adulterio deprehensus, metuat ne occidatur uel prodatur. ff. l. 7. §. fi. l. 8. in prin.

Si in carcerem detrusus sit, uel custoditus, & athleta à certaminibus prohibitus sit. ff. l. 22. l. 23. §. si foenerator.

4 *Ex specie eius quod metus causa gestum est.*

Si metus causa fundum dereliquerit, & possessionem tradiderit. ff. l. 9. §. 1. §. idē ait. ibi, Sed etsi per uim.

Si in meo solo adhibita manu aedificet. ff. l. 9. §. idem ait.

Si instrumentum contractus cōficiat. C. l. 7.

Si uendidit. ff. l. 13. §. si iusto. C. l. 3. l. 4. l. 5. l. 12.

Si pignus dedit. C. lib. 8. tt. 14. l. 4.

Si dotem promisit. ff. l. 21. §. si dos.

Si donauit uel transegit. C. l. 12.

Si ultra quantitatem debiti caueat. ff. l. 23. §. si foenerator.

Si ab emptione uel conductione recedit. ff. l. 21. §. si metu.

Si hr̄editatē adiit, uel repudiauit. ff. l. 21. §. fi.

Si seruum manumisit, uel ędificium deposuit. ff. l. 9. §. idem Pompo.

Si debitum soluit, &c. uide paulo inferius.

5 *Ex reliquis contingentibus.*

Si debitum per uim coactus soluit. ff. l. 12. §. fin. l. 13. l. 25. §. fin.

Si quod per uim acceperat, per uim restituit. ff. l. 12. §. quaeri.

Si id quod ei nō debebatur, coactus accepto tulit. ff. l. 14. in prin.

Si ingratus aduersus patronum metuit, ne in seruitutem retrahatur. ff. l. 21. in prin.

Si in furto uel adulterio deprehensus metuat ne occidatur, uel prodatur. ff. l. 7. §. fin. l. 8. in prin.

Si de-

Si dedit uel promisit alicui ut se aduersus uim ab alio illatã tuereť. ff. l. 9. §. sed licet

Si res sit imperfecta, & nihil dederit. ff. l. 9. §. sed quod prætor.

Si cum per uim coactus cauisset, postea sine ui soluit. C. l. 2.

Si cum socio criminis actum sit, uel ab eo solutum. ff l. 14. §. fin. l. 15. l. 16. in prin.

Si de dolo, uel alia actione actum sit. ff. l. 14. §. eum qui. l. 9. §. licet.

Si res per uim extorta periit, homo mortuus sit, uel in fuga sit. ff. l. 14. §. aliquando. §. & si homo. usq; ad §. qui uim intulit. l. 17. l. 18. C. l. 1.

¶ *III. Quibus datur hæc actio?*

De successoribus. ff. l. 14. §. post annum. ibi, Alia autem. §. ideo autem & success. l. 16. §. hæc actio.

¶ *IIII. Aduersus quos datur?*

De successoribus. ff. l. 16. §. fin. cum quatuor ll. sequent.

De eo ad quẽ res peruenit. ff. l. 14. §. in hac actione. §. aliquando. §. Pedius. l. 16. Vide insuper paulo superius uer. Si res per uim extorta.

De bonæ fidei emptore, uel alio qui rem ab eo qui uim fecit, comparauit. ff. l. 14. §. unde quidam. C. l. 3. l. 5.

De eo qui uim admisit, si res ad alium peruenit. ff. l. 14. §. Pedius.

Si ex facto debitoris fideiussores liberati sunt, an aduersus fideiussores competat actio. ff. l. 10. in prin. l. 11.

Si fideiussor per uim liberatus est, an aduersus reum competat actio? ff. l. 9. §. fin.

De domino serui uim inferentis. ff. l. 16. §. sed etsi serui.

De pluribus uim uel metum inferentib. ff. l. 14. § fin. l. 15.

¶ *V. Quid ueniat in hac actione?*

Non solum rem reddere, sed & de dolo repromittere debet. ff. l. 9. §. idem Iulian. §. ex hoc edicto.

De usufructu & seruitute amissis. ff. l. 9. §. sed etsi usufructus.

De partu ancillarum, fœtu pecorum, de fructib. & omni causa restituenda. ff. l. 12. in prin. l. 21. §. qui possessionem. lib. 22. tt. 1. l. 38. §. item si ui.

Si per uim promissum sit ut accepto feratur. ff. l. 9. §. sed etsi per uim. l. 14. §. Labeo ait. §. si quis per.

Si per acceptilatione liberatio per uim ĩter uenit, ut in pristinũ statum obligatio restituatur, &c. ff. l. 9. §. ex hoc edicto. §. cum autem. l. 10. l. 11.

De successorib. quatenus ij teneantur, uide š. Aduersus quos.

De quadruplo soluendo si non in integrum restituatur. ff. l. 9. §. ex hoc edicto. §. cum autem hæc. l. 14. §. 1. §. hæc autẽ actio. §. quadruplatur autem. §. quatenus autem. §. Iulianus ait. l. 21. §. qui possessionem.

¶ *VI. Quando & quandiu competit?*

Intra annum in quadruplum post annum in simplũ datur. ff. l. 14. §. 1. usq; ad §. in hac actione. l. 19. l. 21. §. quod metus. C. l. 4.

¶ *VII. Causa ex qua datur.*

In hac actione sufficit metum, uel uim illatam esse, nec opus est ostendere à quo sit facta. ff. l. 9. §. animaduertẽdum. l. 14. §. in hac actione. tt. 3. l. 15. §. fin.

Quibus uis & metus probatur in hac actione. ff. l. 23. in prin. C. l. 6. l. 9.

¶ *VIII. Adfinia remedia.*

De dolo actio. ff. l. 14. §. eum qui.

De actione in rem uel in personam per metum remissa. ff. l. 9. §. uolenti. §. licet autem. C. l. 3.

De hæreditatis petitione. ff. l. 14. §. alia autẽ actio. l. 21. §. fin.

De interdicto unde ui, quod ui aut clàm, & de l. Iulia de ui. ff. l. 9. §. 1. l. 12. §. fin.

De furti actione. ff. l. 14. § qui uim.

De l. Iulia adulterii. ff. l. 8. in prin.

De noxali actione. ff. l. 16. § sed etsi serui.

De exceptione quod metus causa. ff. l. 9. §. sed quod prætor.

¶ *De exceptione quod metus causa.*

¶ *1 Differentia à doli exceptione.*

ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. §. metus causa. ibi, Etenim distat.

¶ *2 Causa ex qua datur.*

Si quid metus causa factum sit. Inst. lib. 4. tt. 13. §. uerbi gratia ff. l. 10. §. sed quod prętor. lib. 50. tt. 17 l. 39

DISTINGVITVR.

Si non actor, sed alius metum intulit. ff. lib. 44 tt. 4. l. 4. §. metus causa. ibi, Etenim distat.

Si

Si parens metum intulit. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. §. fin. lib. 37. tt. 15. l. 7. in prin.

Si actione quod metus causa quadruplũ sit cõsecutus reus. ff. l. 14. §. sed etsi quis per uim.

¶ 3 *Adfine remedium.*

Doli exceptio. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. §. metus causa.

DE DOLO MALO. Cap. IIII.

¶ *De actione doli mali.*

ff. lib. 4. tt. 3. C. lib. 2. tt. 20.

¶ 1 *Ratio huius actionis.*

ff. l. 1. in prin.

¶ 2 *Genus.*

Famosa est actio. ff. l. 1. §. ait prætor. l. 11. in prin. l. 29.

¶ 3 *Causa ex quibus datur hæc actio.*

Si quid dolo malo gestum sit. ff. l. 1. §. 1. lib. 50. tt. 17. l. 47.

Declaratur quid sit dolus malus. ff. l. 1. §. dolum malum. usq; ad § ait prętor.

Si quod restituere potest, non restituit. ff. li. 47. tt. 1. l. 8. §. dolo.

Dolo autem fit tam in cõtractibus quàm in testamentis, quàm in legibus. ff. li. 44. tt. 4. l. 1. §. fin.

In adeunda & repudianda hæreditate.

Si quis dolo deceptus hæreditatem minus idoneam.

Si persuasus hæreditatem quasi minus idoneum repudiauit. ff. l. 9. in prin. C. l. 7. ff. lib. 44. tt. 4. l4 §. si cum legitima.

In testamento.

Si tabulas testamenti apud se depositas deleuit uel corrupit. ff. l. 35.

Si tabulas testamenti suppressit, ne de inofficioso agi possit. ff. l. 9. §. item si tabulæ.

In legato & fideicommisso.

Si hæres seruum legatum occiderit. ff. l. 7. §. si seruum.

Si dominus proprietatis insulam, cuius usus fructus legatus est, incenderit. ff. l. 18. §. si dominus.

Si persuaseris mihi ut optem seruum, quasi melior in familia non sit. ff. l. 9 §. 1.

Si cum seruo ita libertas esset relicta, si hęredibus rõnes reddidisset, cohęres ante redditas rationes eum manumiserit. ff. l. 32.

Si legatarius persuaserit hæredi, satis abundeq; ad solida legata soluenda sufficere hæreditatem: & ita solida legata non detracta Falcidia accepit. ff. l. 23.

In usufructu & usu.

Si proprietarius seruum usuariũ occiderit. ff. l. 7. §. si seruum.

Si dominus proprietatis insulam, cuius usus fructus legatus est, incenderit. ff. l. 18. §. si dominus.

Si cũ mihi permisisses saxum uel quid aliud de fundo tuo tollere, postea sumptib. factis non patiaris. ff. l. 34.

In possessione.

Si persuaseris familiæ meæ, ut de possessione recedat. ff. l. 31.

In pignore.

Si fideiussor pignus à creditore emit. C. l. 1.

In mutuo.

Si quis idoneũ esse eum cui pecunia mutua data est, affirmat. ff. l. 7. § fin. l. 8. lib. 17. tt. 1. l. 42.

Si seruus tuus qui non erat soluendo, hortatu tuo à me pecuniam acceperit ut tibi solueret. ff. l. 20. in prin.

In emptione & uenditione.

Si emptor & uenditor se in precio inuicem circumueniant. ff. tt. 4. l. 16. §. idem.

Si quis affirmauerit minimam esse hæreditatem, & ita eam ab hærede emit. ff. l. 9. in prin. lib. 17. tt. 1. l. 42.

Si uenditor quid commendandi uel decipiédi, gratia dixit. ff. l. 37.

Si sciens falsa pondera commodauit uenditori quibus merces emptori appenderet. ff. l. 18. §. de eo.

Si minor consilio serui circumscriptus eum uendidit. ff. l. 7. §. 1.

Si uendito prædio uenditor seruitutem imposuit, ædificia diruit, arbores excidit: item si uendito seruo uenenum dedit. ff. l. 7. §. non solum.

In præscriptis uerbis.

Si cum mihi persuasisset ut ei ancillam meã darem, uel manumitterẽ, recepturus ab eo aliud mancipium pro ea: ille, ancilla data uel manumissa, aliud mancipium nõ dat. C. l. 4.

In mandato.

Si cum

Si cum seruus pactus pro libertate reum domino dedit, ea conditione ut post libertatem in se transferatur obligatio: postea manumissus uel patronus nō patitur trāsferri. ff.l.7.§.seruus pro.

In damno dato.

Si quadrupes tua dolo alterius mihi damnū dederit.ff.l.7.§.si quadrupes.

Si compeditum meum seruum soluit ut fugeret.ff.l.7.§.idem Labeo.

Si promissum animal occidit.ff.l.18.§.fi.l.19

In solutione & liberatione.

Si debitor epistolā ad creditorem quasi ab alio scriptā miserit, ut liberetur.ff.l.38.

Si cuius dolo factum est, ut lis temporibus legitimis transactis pereat. ff. l.18. §. si cuius.

Si seruum pignoratum mihi noxę dederit.ff. l.9.§.etsi seruum.

Si seruum promissum occiderit, quo liberatur promissor.ff.l. 18.§.fi.l.19.

In re iudicata & absolutione.

Si dolo procuratoris aduersarius uicerit, & absolutus sit.ff.l.7. §. si dolo. lib.44.tt.4. l.9.

Vniuscuiusque contractus & initium spectādum est, & causa.ff.lib.17.tt.1.l.8.in prin. tt.2.l.58.§.si filiusfamiliàs.

Origo potius obligationis quā titulus actionis cōsiderandus est.C.lib.4.tt.28.l.3.§.fi.ff.lib.14.tt.6.l.14.§.fi.

Quod initio uiciosum est, tractu temporis non potest cōualescere.l.29.l.201.l.210.

Cum principalis causa non consistit, nec ea quę sequuntur locum habent. l.138.l.171.l.200.

Interesse.

Quatenus cuiusque intersit, in facto, non in iure consistit.l.24.

Interesse eius uidetur qui damnum passurus est, non eius qui lucrum facturus est.ff.li.47.tt.2.l.73.§.fi.

Iudex.

Pertinet ad officium prętoris, licet diminuere.ff.lib.12 tt.1.l.21.

Qui iussu iudicis aliquid facit, non uidetur dolo facere: quia parere necesse habet. l.127.

Qui auctore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.l.179.

Factum à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.l.131.

Iudicia.

Idcirco iudiciorum uigor, iurisque publici tutela uidetur in medio constituta, ne qs quàm sibi ipsi permittere ualeat ultionē. C.lib.1.tt.9.l.13.

Iudicium redditur in inuitum.ff.li 45.tt.1. l.83.§.1.

In extraordinariis iudiciis conceptio formularum non obseruatur ff. lib.3.tt.5.l.46.

Ius ciuile.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.l.8.

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. l.148.

Error ius facit.ff.lib.33 tt.10.l.2.§ fi.

Quod pluribus placet, hoc statuatur.C.li.7. tt.71 l.8.§ pari autem.

Non spectandum est quid Romę factum est, sed quid fieri debeat.ff.li.1.tt.18.l.12.

Omnis definitio in iure ciuili periculosa est parum est enim ut subuerti non possit. l.201.

Ius ciuile uigilantibus scriptum est. ff.lib. 42.tt.9.l.24.§.fi.

Multa iure ciuili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest.ff.li. 9.tt.2.l.51.§.multa autem.

Bonæ fidei non congruit de apicibus iuris disputare.ff.lib.17.tt.1.l.29.§.quædam.

Non fit excusatio aduersus præcepta legū, ei qui dum leges inuocat, contra leges cōmittit.ff.lib.4.tt.4.l.37.§.fi.

Qui uetante prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.l.102.

Lædere alium.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. l.74.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.l.75.

Factum cuique suum, non aduersario suo nocere debet.l.197.in prin.

Iure naturę æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.l.206.lib.12.tt.6.l.14.

Naturalis simul & ciuilis ratio suadet, alienam conditionem meliorem etiam ignorantis & inuiti nos facere posse, deteriorem non posse.ff.lib.3.tt.5.l.38.

Bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum. ff. lib.23.tt. 3.l.6.

Nemo alterius facto debet prægrauari.ff. li. 28.tt.5.l.44.

Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ est.ff.lib.50.tt.2.l.2.§.nullum.

Leges.

Simplicitas legibus amica. Inst. lib 3.tt.2.§. cæterum.uer.& hæc quidem.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, nō debent in argumentum trahi.l.122.

Quod contrà rationem iuris receptum est, non debet ꝑduci ad cōsequentias.l.183.

De reliquis, uide paulo supra Ius ciuile.

Libertas.

Libertas inæstimabilis res est.l.106.l.136. §.fin.

Libertas

Libertas omnibus rebus fauorabilior est. l. 164.

Liberum corpus nullam recipit æstimationem. ff. lib. 9. tt. 3. l. 7. §. fi. tt. 1. l. 3.

Locuples.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. l. 126.

Præposterum est ante nos locupletes dici, quàm acquisierimus. ff. lib. 35. tt. 2. l. 63.

Locupletior non est factus, qui liberum adquisierit. l. 168.

Magistratus.

Quod alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere non debuit. ff. lib. 8. tt. 5. l. 15.

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, uel cuiuslibet alterius coerctionis ad aliũ transferre. l. 70.

Non est singulis cõcedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. l. 136.

Maleficia.

Maleficia uoluntas & propositũ, delinquentis distinguant. ff lib. 47. tt. 2. l. 55. in pr.

In maleficiis uoluntas spectatur, nõ exitus. ff. lib. 48. tt. 8. l. 14.

Eadem enim seueritate uolũtatem sceleris, qua effectum puniri, iura uoluerunt. C. lib. 9. tt. 8. l. 5. §. 1.

Pœnas ob maleficia solui, magna rõ suadet. ff. lib. 46. tt. 1. l. 70. §. id quod uulgò.

Neque impunita maleficia esse oportet. ff. li. 9. tt. 2. l. 51. §. quòd si quis absurdum.

Peccata nocentium nota esse & oportet & expedit. ff. lib. 47. tt. 10. l. 18. in prin.

Mutus.

Vbi non uoce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest uideri respondere. l. 166.

Neminem lædere.

Vide s. Lædere alium.

Nolle.

Vide j. Velle.

Non expressa.

Vide s. Expressa.

Nuptiæ.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit. l. 30.

Obligatio.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstitit. l. 130.

Occasio.

Capienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. l. 128.

Melius est occurrere in tempore, quàm post exitum uindicare. C. lib. 3. tt. 27. l. 1. §. 1.

Interest nostra potius non soluere, quàm solutum repetere. ff. lib. 16. tt. 2. l. 3.

Officium.

Nemini suum officiũ debet esse damnosum. ff. lib. 47. tt. 2. l. 63. §. quod uerò ad.

Onus.

Vide s. Commodum.

Pars.

Vide j. Totum.

Pœna.

Quod a quoquã pœnę nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur. l. 46.

Plus.

Vide j. totum.

Possessio.

Omnis de possessione controuersia, aut ad hoc pertinet, ut quod non possidemus nobis restituatur: aut ad hoc, ut retinere nobis liceat quod possidemus. ff. lib. 43. tt. 16. l. 1. §. illud enim restit.

Posthumus.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur, &c. ff. lib. 1. tt. 5. l. 7. l. 26.

Prædo.

Nemo prædo est, qui precium numerauit. l. 168. in prin.

Priuilegium.

Priuilegia quædam causæ sunt, quædam personæ. l. 156.

Quædam ad hæredem transeunt, quædam non. l. 68. l. 156. l. 151.

Inuito beneficiũ non datur. l. 69. l. 198. §. fi.

Omnes licentiam habent iis, quæ pro se introducta sunt renũciare. ff. lib. 4. tt. 4. l. 41. li. 2. tt. 14. l. 46. §. fi. C. li. 2. tt. 3. l. 29. lib. 1. tt. 3. l. 39. Nouell. c. 136. §. sancimus igit.

Hoc qđ pro quibusdã introductũ est, inferre eis iacturã, minimè rationi cõuenit æquitatis. C. lib. 4. tt. 21. l. 18. §. fin. ff. lib. 37. tt. 10. l. 3. §. diuus etiam Hadrianus.

Prohibitum.

Quod quis suo nomine exercere prohibet, id

id nec per subiectam personam agere debet.ff.lib.50.tt.8.l.2.§.1.

Publica utilitas.

Vtilitas publica præferenda est priuatorum contractibus. C.lib.12.tt.63.l.3.

Nec publicè prodest singulis legum adminicula denegari.C.lib.7.tt.42.l.1.

Pupillus.

Impuberes ab omnibus officiis ciuilibus debent abstinere.l.2.§.fi.

Pupillus omnia negocia tutore autore agere potest.l.5.

Pupillus pati posse, non intelligitur. l.110. §.pupillus.

Pupillum qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendæ constat.l.111.in prin.

Pupillus nec uelle nec nolle in ea ętate(nisi apposita tutoris autoritate) creditur. l. 149.

Pupillo dolus tutoris nocere non debet.l. 158.

Regula.

Regula est,quæ rem, quæ est, breuiter enarrat,non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat,&c.l.1.

Reus.

Vide s̄. Actor.

Seruitus.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus. l.209.

Seruitus morti assimilatur. ff. lib.35.tt.1.l. 57. §.fin.

Seruus.

Non in omnibus seruus domino parere debet.ff.lib.47.tt.10.l.17.§. si iussu.lib.50. tt.17.l.198.in prin.

Velle non creditor, qui obsequitur imperio patris uel domini. l.4.

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur, &c.l.32.

Cum seruis nulla actio est.l.107.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. l. 22.in prin.

In omnibus officiis quæ fieri per liberas personas leges desiderant,seruus interuenire non potest.l.135.

Qui in seruitute est, usucapere non potest: nam cum possideatur, possidere non uidetur.l.160.

Melior nostra conditio per seruos nostros fieri potest,deterior non.l.175.

Quod quis cum seruus esset egerit, proficere liberto facto non potest.l.188.

Seruus reipub.causa abesse non potest. l.211.

Soluere.

Plus est,statim aliquid dare: minus est,post tempus dare. Instit.lib.3.tt.21.§.non solum autem.

Species.

Vide s̄.Genus.

Stultus.

Non debent esse melioris conditionis stulti, quàm periti.ff.lib.43.tt.23.l.4.§.fi.

Non negligentib.subuenitur,sed necessitate rerum impeditis.ff.lib.4.tt.6.l.16.

Non stultis succurri solet, sed errantibus. ff. lib.22.tt.6.l.9.§.quod si ideo.

Suum.

Suæ quidē quisque rei moderator atque arbiter, nō omnia negocia,sed pleraque ex proprio animo facit.C.lib.4.tt.35.l.21.

Iniquum est,ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem. ff.li. 37.tt.12.l.2.in fine.

Iniquum est, inuitum suo preciò res suas uēdere.ff.lib.25.tt.2.l.9.

Expedit reipub. ne sua re quis malè utatur. Inst.lib.1.tt.8.§.sed maior asperitas.

Prodesse sibi unumquemque dum alij non noceat,nō prohibitum est. ff.lib.39.tt.3. l.1.§.iidem.

Nemo potest sibi legem dicere,ut ab ea recędere non possit.ff.lib.32.l.22.in prin.lib. 24.tt.1.l.7.§.uxori quis.

Successor.

Nemo plus iuris ad alium trāsferre potest, quàm ipse habet.l.55.

Non debeo melioris conditionis esse quàm auctor meus, a quo ius in me transit.l. 135.§.fi.

Absurdum est,plus iuris habere eum cui legatus est fundus,quàm hæredem aut ipsum testatorem,si uiueret.l.120.§.fi.

Qui in ius dominiumve alterius succedit, iure eius uti debet.l.137.in prin.

Quod ipsis qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstabit.l.185.

Cum quis in alicuius locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod aduersus

uersus eum non nocuit in cuius locū successit. l. 197. §. cum quis.

Tacens.

Vide s. Confessio & Consensus.

Totum & Plus.

In toto & pars continetur. l. 113.

In eo quod plus est, semper inest & minus. l. 110. in prin.

Nihil interest de uniuerso quæratur, an de parte. ff. lib. 29. tt. 2. l. 82. §. fi.

Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad uniuersos pertinent. l. 195.

Non debet cui quod plus est licet, quod minus est non licere. l. 21.

Est perquàm ridiculum, eū qui minoribus pęnę causa prohibitus sit, ad maiores adspirare. ff. lib. 48. tt. 22. l. 7. §. fi.

Verba & vocabula.

Natura rerum inductum est, ut plura sint negocia quàm uocabula. ff. lib. 19 tt. 5. l. 4.

Nomina significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio, &c. Inst. lib. 2. tt. 20. §. si quidem in nomine.

Exemplo turpissimum est, fœminino uocabulo etiam masculos contineri. ff. lib. 31. l. 46. in prin.

Semper sexus masculinus fœmininum sexū continet. ff. lib. 32. l. 60. uide s. cap. prox. in uerbo Quis.

Veritas.

Plus ualet quod in veritate est, quàm quod in opinione. Inst. li. 2. tt. 20. §. si quis rem suam.

Veritas rerum erroribus gestarum non uitiatur. ff. lib. 1. tt. 18. l. 6. §. ueritas.

Plus ualet quod est actum, quàm quod est scriptum, uide supra lib. 2. cap. De instrumentis, uers. Si aliud actum.

Velle, & voluntas.

Eius est nolle, qui potest & uelle l. 3.

Eius est dare actionem, denegare qui possit, & dare. l. 102.

Quod quis si uelit habere non potest, id repudiare non potest. l. 134. §. fi.

Pupillus nec uelle nec nolle creditur. l. 149.

Furiosi uel eius cui bonis interdictum est, nulla uoluntas est. l. 40.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio pātris uel domini. l. 4.

Ambulatoria est uoluntas defuncti, usque ad uitę supremū exitum. ff. li. 34. tt. 4. l. 4.

Vis.

Vi factum uidetur id esse, quod quis cū prohiberetur fecit. l. 73. §. ui.

Nihil consensui tam contrarium est, quàm uis atque metus, &c. l. 116.

Nō uidetur uim facere, qui iure suo utitur, & ordinaria actione experitur. l. 197. §. 1.

Vtile.

Vtile per inutile uitiari non debet. ff. li. 45. tt. 1. l. 1. §. penult. lib. 43. tt. 18. l. 2.

Vulgò quæsitus.

Vulgò quæsitus matrem sequitur. ff. lib. 1. tt. 5. l. 19. l. 24.

Vulgò concepti dicūtur, qui patrem demonstrare non possunt: uel qui possunt quidem, sed eum habent quem habere non licet, qui & Spurij appellantur. ff. lib. 1. tt. 5. l. 23.

¶ *De reliquis regulis.*

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædūt. l. 81.

Non solet deterior cōditio fieri eorum qui litem contestati sunt, quàm si non essent, sed plerunque melior. l. 86. lib. 46. tt. 2. l. 29.

Nemo enim persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. l. 87.

Refertur ad uniuersos quod publicè fit per maiorem partem. l. 120.

Qui non facit quod facere debet, uidetur facere aduersus ea quæ non facit: & qui facit quod facere non debet, non uidetur facere id quod iussus est. l. 163.

De reliquis regulis, uide in suis locis, quorum regulæ sunt: ut De hæreditatibus, donatione, uenditione, &c.

FINIS LIBRI VICESIMIQVINTI & Vltimi.

METHO-

METHODVS IN LIBROS FEVDORVM.

DE FEVDO. Cap. I.

¶ *I. Definitiones feudi.*

Definitio nominis. lib. 2. tt. 3. §. fi.

Definitio rei. lib. 2. tt. 23. §. in primis.

¶ *II. Quo iure subsistat.*

Consuetudine. lib. 2. tt. 1.

¶ *III. Species.*

De iis quæ dantur ex camera uel cauerna. lib. 2. tt. 1. §. fi. tt. 10. §. fi. l. 58. in prin.

Species & nomina uasallorum. lib. 1. tt. 1. li. 2. tt. 10.

¶ *IIII. Propria.*

In generali alienatione non continetur feudum. lib. 2. tt. 26. §. in generali.

Vendita curia, feudum uenditum non uidetur. lib. 2. tt. 51. in prin.

Reliqua, uide j. inter Euentus.

¶ *V. Similia & contraria.*

De soldatis. lib. 2. tt. 10. §. nam illi qui soldatam.

De regaliis. lib. 2. tt. 56. uide ff. De iure fisci,

De allodiis. lib. 2. tt. 54. in prin.

¶ *VI. Causæ ex quibus feudum adquiritur.*

Inuestitura & successio. lib. 2. tt. 1. §. fi.

Declaratur quid sit inuestitura. lib. 2. tt. 2. in prin. vide j. cap. prox.

Distinguitur j. cap. prox.

¶ *VII. Causas ex quibus feudum amittitur.*

Vide j. cap. 3.

¶ *VIII. Euentus feudi.*

Proprietas rei ad dominum pertinet. lib. 2. tt. 8. §. fi. tt. 23. §. fi.

Dominus rē feudalē alienare an possit. lib. 2. tt. 9. §. fi. tt. 55. §. præterea ducatus.

Officia domini erga uasallum, quibus non præstitis proprietatem rei feudalis amittit. lib. 2. tt. 6. §. fin. tt. 26. §. domino committere. tt. 47.

Officia uasalli, quibus non præstitis feudū amittit, uide j. cap. 3.

Vasallus feudi conditionem meliorem, non deteriorem facere potest. lib. 2. tt. 8. §. econtrariò.

Vasallus feudū inuito domino alienare non potest, uide j. cap. 3.

Vasallus feudum inuitis adgnatis alienare non potest, nec in filiam confirmare: & de reuocādo eo ab adgnatis & filio. lib. 2. tt. 26. §. Titius filios. tt. 29. in prin.

Vasallus feudum Domini consensu alienatum recipiens, an pro re propria habeat? lib. 2. tt. 44. §. fi.

Vasallus de feudo testari uel disponere non potest. lib. 1. tt. 8. in prin.

De feudo communi diuidendo. lib. 2. tt. 55. §. præterea. tt. 58. §. item sciendum.

De actione feudi nomine à uasallo inferenda & excipienda. lib. 2. tt. 8. §. rei autem. tt. 26. §. si uasallus. tt. 43.

Hæres qui retento feudo hæreditatem repudiat, onus hæreditarium subire an cogatur. lib. 2. tt. 45.

Re feudali euicta, an uasallus de euictione agere possit. lib. 2. tt. 8. in prin. tt. 25.

An uasallus seruitutem petere uel retinere possit? lib. 2. tt. 8. §. rei autem.

An uasallus seruitutem prædio feudali imponere possit? lib. 2. tt. 8. §. quid ergo.

An uasallus de feudo transigere possit? lib. 2. tt. 26.

An uasallus feudum domino inuito possit refutare? lib. 2. tt. 38.

Officia uasallorum circa pacem tenendam. lib. 2. tt. 27. tt. 33. tt. 59. Extrauagant. cōst. 1. const. 2.

DE PETITIONE FEVDI quæ datur uasallo. Cap. II.

¶ *I. Causa ex qua competit hæc actio.*

Si cui feudum constitutum sit, & inuestitura facta.

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona constituentis feudum.*

De episcopo, abbate, abbatissa, præposito, marchione,

marchione, comite, & iis qui ab illis feu da habent. lib. 1. tt. 1. in prin. tt. 6. in prin.

De uasallis. lib. 1. tt. 1. in prin. §. fi. tt. 5. §. aut si liberario. lib. 2. tt. 9. in prin. tt. 26. §. beneficium. tt. 34. §. similiter. tt. 55. §. callidis insuper.

De fœmina. lib. 2. tt. 3. §. personam uerò.

De minore annis, & alio cui bonis interdictum est. lib. 2. tt. 3. in prin.

2 *Ex persona eius cui feudum constitutũ est.*

Non distinguitur qualis ea sit persona. li. 2. tt. 3 §. personam.

De eo qui miles non est, ut paganus & rusticus. lib. 2. tt. 26. §. beneficium. tt. 34. §. ex eadem lege. §. similiter.

De eo qui fidelitatem facere non uult. li. 2. tt. 3. §. fi.

De seruo lib. 2. tt. 3. §. personam uerò.

De extraneo, non requisitis prius proximioribus cognatis. lib. 2. tt. 3. §. sed etiam res.

3 *Ex persona eius per quem feudum constituitur, & inuestitura fit.*

Per procuratorem & dari & accipi feudum potest. lib. 2. tt. 3. §. personam uerò. tt. 58. §. item inuestitura.

4 *Ex re in qua feudum constituitur.*

De re quę alienari non potest. lib. 2. tt. 3. §. sed etiam res.

De re ecclesiastica. lib. 1. tt. 6. in prin.

De rebus mobilibus. lib. 2. tt. 1. §. fi.

De re communi. lib. 2. tt. 58. §. item sciendũ.

De feudo alieno, de quo alius inuestitus est. lib. 1. tt. 9. §. nam si quis fuerit. tt. 22. §. si quis fecerit. tt. 27. §. fi. lib. 2. tt. 26. §. motibus. tt. 34. §. ex eadem lege. tt. 35. tt. 55. §. præterea ducatus.

5 *Ex causa propter quam, & modo quo constituitur, datur uel accipitur feudum.*

Si sub prætextu pecuniæ, & non amore & honore domini. lib. 1. tt. 27. in prin.

Si dominus rem pignori dederit, ita ut non soluta intra certum tempus pecunia creditor eam rem in feudum habeat. lib. 1. tt. 27. in prin. lib. 2. tt. 51. §. fi.

Si ad certum seruitium feudum detur. lib. 2. tt. 51. §. fi.

Si pro se & suis hæredibus, masculis & fœminis, & cui ipse uellet dare uel aliena re acceperit. libr. 2. tt. 26. §. feudum ead. tt. 48.

6 *Ex adiunctis & solennitate inuestituræ.*

Si inuestitura non interueniat. lib. 1. tt. 25. in prin. lib. 2. tt. 1. §. fi. tt. 26. §. si quis triginta. tt. 33. in prin. §. nec dicatur. Declaratur quid sit inuestitura & quomodo fiat, lib. 2. tt. 2. in prin.

De iuramento fidelitatis à uasallo præstando. lib. 2. tt. 3. §. fi. tt. 5. tt. 7. tt. 55. §. fi. lib. de pace Constant. §. uasalli nostri. §. in Christi nomine. utrum ante an post inuestituram iurandum. lib. 2. tt. 4.

7 *Quibus præsentibus inuestitura facienda?*

De paribus curiæ, & aliis. li. 1. tt. 4. in prin. lib. 2. tt. 2. in prin. tt. 32. in prin. tt. 58. in prin. §. idcirco pares.

De breui testato ĩteruenĩete. li. 1. tt. 4. in pr.

8 *Ex consequentibus.*

Vide infra c. prox. Causas quibus feudum amittitur.

¶ II. *Quibus competit hæc actio, & de feudi successione, quibus competat?*

De hęredibus uasalli. lib. 1. tt. 14. in prin.

De liberis uasalli. lib. 1. tt. 1. §. & quia uidimus. tt. 8. in prin. tt. 14. §. si capitanei. tt. 19. li. 2. tt. 11. in prin. tt. 14. tt. 50 in prin.

Si datum sit feudum pro se & legitimo hærede masculo. lib. 1. tt. 13. §. penult.

De posterioris matrimonii filiis. lib. 2. tt. 26. §. mulier. tt. 29.

Si ita matrimonium contractum sit, ne filii ex eo nati patri ab intestato succedant. li. 2. tt. 26. §. filii mei. tt. 29.

De naturalibus filiis. lib. 2. tt. 26. §. naturales.

De filiabus, & harum liberis, uide infra. De fœminis.

De filio adoptiuo. lib. 2. tt. 26. §. adoptiuus.

De parentibus uasalli. lib. 2. tt. 50. in prin.

De collateralibus & adgnatis. lib. 2. tt. 49.

De fratribus uasalli. lib. 1. tt. 1. §. & quia uidimus. tt. 8. §. hoc quoq; obseruã. §. fi. tt. 12. tt. 14. §. si capitanei. §. si duo fratres. tt. 18. 19. tt. 20. lib. 2. tt. 11. §. his uerò deficientibus. tt. 12. tt. 26. §. fi. tt. 29. §. fi.

De fratrum filiis. lib. 2. tt. 11. §. his uerò deficientibus.

De consobrinis. lib. 1. tt. 14. §. si capitanei.

De patruo. lib. 1. tt. 19. in prin.

De adgnatis ulterioribus. lib. 1. tt. 1. §. hoc quoque sciẽdum. li. 2. tt. 11. §. his uerò deficientibus

tt. 25.§.fi.lib.2.tt.26.§.moribus.tt.35.

Si is ad quem feudum pertinet consenserit, alium eo inuestiri, uel sciens tacuerit. lib. 1.tt. 5.§.præterea.tt.26.§. fi. lib. 2.tt.26. §. Titius filios.

Si uasallus domino feudum refutauerit. lib. 1.tt.5.§. rursus. lib.2.tt. 14.tt.38.tt.39.in prin.

Si feudum à uasallo alii in feudum datum ad dominum redierit lib. 1. tt.5. §.rursus si fidelis.

Si dominus feudum alii uendiderit. lib.2.tt. 21.in pr.uide supra c.1.memb.8.uer. Dominus rem.

Si uasallus feudum sine cõsensu domini alienauit, uide infra eod.

Si uasallus feudum cum cõsensu domini alienauit.lib.1.tt.13.§.fi.lib.2.tt.9.§.fi.

Si dominus inops factus sit, uel ære alieno prematur.lib.2.tt. 58.in prin.

Si res euincatur.lib.2.tt.8 in prin.tt.25.

Si uasallus natura uel iure non potest amplius seruire, uel sustinere officia militaria.lib.2.tt.21.§.fi.

Si obmutescat uasallus.lib.1.tt.6.§.fi.

Si clericus uel aliàs religiosus factus sit uasallus.lib.2.tt.21.tt.26.§.qui clericus.tt. 30.§.fi.

Si uasallus infamis sit factus, ut in curia amplius stare non possit.lib.2. tt.36.in prin.

Si uasallus fratrem suum occiderit, uel aliter parricidium cõmiserit, uide infra uer. Si fratrem uel filium.

Si uasallus domino mortuo, uel uasalli hæres uasallo mortuo, intra annum & diem inuestituram non petierit.li.1.tt.22.in pr. lib.2.tt.24.in prin. tt.40.in prin.tt.52.§. fi.tt.55.§. præterea si quis. lib. de pace cõstant.§.uasalli.

A quo feudum recognoscere debeat? lib.2 tt.17.§.fi.tt.34. §.ex eadem lege.tt.55.§. præterea ducatus.

¶ *Si ingratus fuerit uasallus aduersus dominum, & suum officium non fecerit.*

DISTINGVITVR:

1 *Ex specie facti seu ingratitudinis.*

Si fidelitatem non faciat, uel domino nõ seruiat lib.1.tt.21.in prin.lib. 2.tt.3.§.fi.tt.. 4. l.24. §.est & alia. §.sed non est alia.tt 26.§.etsi uasallus.§.omnes filii.§.si minori. §.si quis decesserit. §.licet uasallus.tt. 28. in prin.usque ad §.si uasallus.§.fin.tt. 34.§. ex eadem lege.tt.37. §.fi.tt.38.§.fi. tt.40.§.similiter.tt.52.§.satis bene.tt.54 §.ut autem. tt.55. §.firmiter. §.præterea ducatus.§.fi.lib.de pace constant.§.uasalli nostri.

Si dominum non adiuuat, eumque in prælio deserat, lib.1.tt.5.in prin.tt.17.tt.21. §.fi.lib.2.tt.24.§.item qui dominium. tt. 28.in prin.

Si iusticiam domino facere nolit, & in iudicium uocatus non uenerit. lib.2. tt.22. in prin tt.24.§.illud tamen.

Si rem domini non curet, periculum eius uel damnum non præcaueat. lib.2.tt.26. §.uasallus.tt.28.§.tu tñ scias.tt.39.§.fin.

Si uitæ domini insidiatus sit, uel alias graues iniurias aduersus eum commiserit.li. 2.tt.24.§.porrò si dominum.tt.51.§.si uoluerit.

Si dominum assalierit.lib.1.tt.5.§.similiter si dominum.tt.17.lib.2.tt.24.§.porrò.

Si cum posset, dominum à morte non liberauit.lib.2.tt.39.§.fi.uel eum inclusum, cũ posset non liberauit. lib.2. tt.24. §.item si delator.

Si delator domini fuit, uel consilia eius prodidit.lib. 1.tt.17.lib.2.tt.24.§.item si delator.

Si dominum cucurbitauerit: hoc est, si cum uxore uel filia, &c. domini concubuerit. lib.1.tt.5.§.item si fidelis. tt.17.tt.21.§. fi.lib.2.tt.24.§.rursus si domini.

Si fratrem uel filium domini, uel suum occiderit. lib.3.tt. 5. §.item si fratrem.lib.2. tt.24.§.denique sæpè.tt.37.in prin.

Si dominum accusat, uel contra illum testimonium dicit. lib.2. tt.33.§. similiter uasallus.

Si uasallus abneget feudum, uel feudi conditionem.li.2.tt.26.§.uasallus fi.§.uasallus feudum.tt.34.§ fi.

Reliqua uasalli officia, quibus non præstitit feudum amittit. lib.2. tt.6. tt.7. tt.23. in prin.tt.24.§.præterea si uasallus.tt.26.§. licet uasallus.tt.39. §.fin.tt.57.Extrauagant.tt.2.

Clausulæ uniuersales, si uel similes culpas admi-

admiserint. lib. 1. tt. 17. §. fin. lib. 2. tt. 13. in prin. tt. 24. §. sed quia natura. usque ad §. denique.

2 *Ex persona facientis contra officium.*

Si cum ecclesia inuestita esset, clericus deliquit. lib. 2. tt. 40. §. fi.

Si domesticus uel filius uasalli. lib. 2. tt. 55. §. illud quoque.

3 *Ex tempore facti.*

Si filius adhuc uiuente patre contra dominũ patris deliquit, an defuncto patri in feudum succedat? lib. 2. tt. 51. §. quæsitum. tt. 55. §. insuper si.

4 *Ex antecedentibus.*

Si feudum pro se ac suis hæredibus, & ut cui ipse uellet, dare uel alienare posset, acceperit. lib. 2. tt. 26. §. feudum ea lege. tt. 48.

5 *Ex euentu & consequentibus.*

Si conatus non habuerit euentum. lib. 2. tt. 51. §. si uoluerit.

Alias insuper distinctiones, uide s. sub unaquaque ingratitudinis specie.

¶ *Si feudum sine consensu domini alienauit uasallus.*

lib. 1. tt. 13. in prin. tt. 18. §. fi. tt. 23. §. fin. lib. 2. tt. 9. tt. 26. §. feudum hac lege. tt. 34. §. similiter. tt. 52. in prin. tt. 55. in prin.

DISTINGVITVR:

1 *Ex specie alienationis.*

Si pignori dedit. lib. 1. tt. 5. §. aut si libellario. §. fin. tt. 13. in prin. lib. 2. tt. 8. §. fi. tt. 55. in prin.

Si libellario nomine dederit. lib. 1. tt. 5. §. aut si libellario. §. fi. tt. 13.

Si in feudum dederit, uide suprà cap. prox. ab initio uers. De uasallis.

Si pro anima iudicauit. lib. 2. tt. 55. in prin.

2 *Ex persona eius cui alienauit.*

Si adgnato suo alienauit. lib. 2. tt. 39. in prin.

3 *Ex re alienata.*

Si dimidiam tãtum partem alienauit. lib. 1. tt. 5. §. penul. tt. 13. tt. 18. §. fin. lib. 2. tt. 9. in prin. tt. 24. §. illud enim est certum. tt. 38. in prin. tt. 55. in prin.

Si allodia alienauit. lib. 2. tt. 54. in prin.

4 *Ex causa & modo.*

Si ignorans alienauit. lib. 2. tt. 26. §. si uasallus. tt. 42.

De reliquis, uide s. Ex specie alienationis.

5 *Ex antecedentibus.*

Si feudum ita accepit, ut cui ipse uellet dare uel alienare posset. lib. 2. tt. 26. §. feudum ea lege. tt. 48.

6 *Ex consequentibus.*

Si uasallus relicto hærede legitimo masculo decesserit. lib. 1. tt. 5. §. penult. tt. 18. §. fi. lib. 2. tt. 34. §. similiter.

Si uasallus feudum recuperauit. lib. 2. tt. 44.

¶ II. *Quid datur feudi amissi repetitio?*

Vtrum ad dominum, an ad adgnatos uasalli reuertatur? lib. 1. tt. 5. §. his omnibus. §. item si fuerint. tt. 6. §. fin. tt. 8. §. hoc quoque obseruan. tt. 13. §. etsi clietulus. usq; ad fin. tituli. tt. 18. §. fin. tt. 21. §. si quis miles. lib. 2. tt. 21. tt. 24. §. denique sæpe. tt. 26. §. Titius filios. tt. 37. tt. 38. in prin. tt. 39. in prin. tt. 40. §. præterea. §. fi. tt. 45. §. quo repudiato. tt. 55. §. præterea.

De liberis uasalli. lib. 2. tt. 26. §. Titius filios. §. si uasallus. tt. 21. tt. 37. in prin. Vide paulò suprà uersic. Si uasallus relicto hærede.

Vtrum ad maiorem an ad minorem dominũ reuertatur? lib. 2. tt. 55. §. illud quoque.

Si aduersus unum dominum uasallus deliquerit, an alter quoque agere possit? lib. 2. tt. 38.

¶ III. *Quid ueniat in hanc actionem?*

Si partem feudi alienauit uasallus, an totum amittat? li. 1. tt. 18. §. fi. lib. 2. tt. 24. §. illud enim est certum. tt. 38.

De meliorationibus, & eo quod feudo accessit. lib. 2. tt. 8. §. econtrariò. tt. 28. §. si uasallus.

De eo quod uasallus transactionis nomine accepit. lib. 2. tt. 26. §. si uasallus de beneficio.

De seruitute rei feudali per uasallum adquisita. lib. 2. tt. 28. §. si uasallus.

De fructibus eius anni quo feudũ repetitur. lib. 2. tt. 28. §. his consequenter.

¶ IIII. *Quamdiu competit hæc actio?*

Dominus feudum alienatum repetens, nulla temporis præscriptione submouetur. lib. 2. tt. 9. §. præscriptione autem. tt. 40. §. præterea. tt. 55. in prin.

¶ V. *Quæ actio detur: & adfinia remedia.*

Condictio causa dati, causa non secuta, si seruire nolit uasallus. lib. 1. tt. 21. in prin.

De ui.lib.2.tt.39.§.fin.

¶ *VI. Euentus huius actionis.*

De eo quod interest, & precio emptori restituendo, si feudum alienatum repetatur. li. 2.tt.9.§. porrò siue de bona.tt.26.§. si uasallus.tt.52.§. si quis uerò contra. tt.55. §.hos autem.

De appellatione.lib.1.tt.22.§.fin.

De reliquis euentis, uide suprà. cap.prox. membr. 5.

¶ *VII. Apud quem detur hæc actio.*

Vide s̃.cap.prox. memb.3.

¶ *VIII. Adiuncta, & de probationibus.*

Vide s̃.cap.prox.memb.5.

METHODI IN LIBROS FEVDORVM FINIS.

RATIO

RATIO IVDICANDI DE CAVSIS FORENSIBVS.

PRAECIPVA LITIVM DIVturnitatis causa, in iudice sita est: estq́; iudicandi ratio triplex.
Cap. I.

QVVM inquirendo litiũ diuturnitatis causam perlustrarem fori consuetudines, librosq́; Practicos, animaduerti in libellorum formulis atque cautelis scribendis occcupatos esse omnes: de iudicandi formula ac ratione esse præscriptũ nihil, adeò aduocatos & procuratores instruunt omnes, iudicem nemo. Hinc inter tot armatos sedet iudex inermis: & nunc in hanc, nunc in illam, ab aduocatis rapitur sententiam: incertus utri partium adhæreat, nescit quando disputationes in causa permittendæ sint, quando contrà sint inhibendæ. Hinc ne necessarias inhibeat, non necessarias permittit: & aduocatis in infinitum disputandi licentiam concedit, nõ semel, sed sæpius dilationes dat, easq́; uel ex leuissima causa. Sedet (ut summatim dicã) inter aduocatos & procuratores iudex, tã quam asinus inter simias. Quare omnes iudiciorum reformationes, ad litium diuturnitatem tollendam inutiles erunt, nisi prius reformabitur iudex: nam languẽte capite, cętera membra suo officio rectè fungi qui possunt? nonne totum corpus lãguere necesse est? De ratione igitur iudicandi & antea scripsi quędam, & nunc scribã plura. Hi autem de causis rectius sciũt iudicare, qui & agere causas, & defendere non ignorant. Qui enim rectè agere, excipere & probare scit: is quoq; de Actionibus, Exceptionibus & Probationibus rectè sciet iudicare: quoniam de opere melius iudicat artifex. Sunt tamen quædam iudicandi præcepta peculiaria, quæ exponam. Sanè triplicem iudicandi rationẽ in usu reperio: quarũ prima actionum, exceptionũq́; requisita, & singulorũ requisitorum probationes respicit: secunda, ipsius facti speciẽ, eiusq́; circunstãtias: tertia deniq;, statũ causę. Quę singula genera qualia sint, quodq́; istorum putem uerius, in sequẽtibus exponam. Cognitis autem iudicandi rationibus, rationes acta causarũ referendi non erunt incognitæ: cùm eadẽ sit utriusque ratio atque scientia.

De prima iudicandi ratione.
Cap. II.

PRima itaq; iudicandi ratione Iudex sic procedit. Primũ de actione inquirit, quę scilicet actio intentata sit, an & quo iure subsistat, & an de facto sit probata. In quo postremò, non solùm an ipsum factum, sed etiam an omnia causæ & actionis istius requisita ab actore probata sint, considerat: quia actor tenetur probare suam actionem, & eius requisita: quibus non probatis, reus absoluendus est, etiãsi nihil præstiterit. Examinata igitur dicto modo actoris actione, ad exceptionem rei conuenti procedit: in qua similiter spectat primum, quæ a reo conuento exceptio sit opposita: deinde, an de iure actionem excludat: postremò, an factum cum omnibus eius exceptionis requisitis sit probatum. Nam & reũ suam exceptionem & eius requisita probare teneri, & nisi probauerit condemnandum esse cõstat. Exempli gratia: Causa talis in iudicium deducta est. Maritus & uxor simul in eadem charta testati sunt, iisdem hæredibus institutis, mortuo postmodũ marito, uxor superstes mutato testamento alios instituit hæredes: qua testatrice tãdem etiam defuncta, priore testamento scripti hęredes, hæreditatem eius ab iis qui posteriore testamento hæredes scripti sunt, petunt.

sunt. Causa diu multumq; hinc inde ab aduocatis agitata, superuenit tandem iudex: notat primò petitionem hæreditatis in iudicium deductã, deinde eam actioné de iure subsistere nõ dubitat: procedit igitur tertiò ad actionis probationem. Et quoniam actores, ex eo quòd se testamento hæredes scriptos asserunt, hæreditaté petunt: obseruat, an satis probatum sit testamentum esse factum, actores hæredes institutos, septem testes actui interfuisse, eosq; ad id uocatos, uno actionis contextu testamentum esse factum, testatorem testaméti factionem habuisse, actores hereditatem intra legitimũ tempus agnouisse, reum conuentum hereditatem possidere, &c. Nam hæc omnia, Petitionis hæreditatis ex testaméto necessaria sunt requisita: & à quolibet qui ex testamento hæreditatem petit probanda. Iam ergo cùm actionem satis probatam uidet iudex, procedit ad exceptionem rei conuenti: notãs primò, exceptioné mutati testaméti esse oppositam: deinde, eam de iure Petitioné hæreditatis ex testamento excludere: postremò examinat huius exceptionis probationes, an scilicet à reo conuento satis probatum sit, prius testamentum esse mutatum, posterius solenniter coram legitimo testium numero, uno actionis contextu factum & perfectum esse, &c. Hisce omnibus & singulis etiam probatis, conuertit se ad Replicationem actoris; similiter tria in ea spectans: primùm, quæ replicatio ab actore contra exceptionem rei conuenti sit opposita: deinde, an de iure exceptionem excludat: tertiò, an de facto probata sit. In causa proposita uidet ab actore replicatum esse hoc modo: Testatricem post mortem demùm sui mariti, cum quo testamentum fecerat, id mutasse, & aliud fecisse: quod iure facere non potuerit. Vtrum hęc replicatio de iure exceptioné supradictam excludat, posthæc deliberat iudex, hoc est, An mulier, quæ cum marito suo testata est, mortuo marito suum testamentum amplius mutare nequeat: Hic est status totius negocij, ad quem post multa probationum examina tandem deuenitur. Sed fingamus dictam replicationé de iure excludere exceptionem mutati testamenti. Considerat tunc iudex tertiò, an de facto ea sit probata. Posthæc de duplicatione, triplicatione, &c. eadé tria spectat. Nã nõ alia de hisce, quàm de superioribus, iudicandi ratio uidetur: nisi fortè iudex in hisce illum iudicandi processum, ob nimiam eius prolixitatem ac molestiam soleat decurtare. Est enim infinitum quiddam ita iudicare, & res immensi propè laboris, omnium actionum, exceptionum, replicationum, &c. & eorum quæ in istis à iure requirũtur probationes, simul exigit iudex. Hinc articulati libelli originem traxisse uidentur: item articuli defensionales, replicatorii, duplicatorii, triplicatorii: item respõsiones singulariter singulis, scilicet ut in iis articulis & requisitis, quę aduersarius credit, ponés probãdi onere releuetur. Hinc etiã articuli additionales, additionaliũ additionales, elisiui, elisiuorum, elisiui, probatorii, reprobatorii, interrogatorii generales & speciales, alia item plura articulorum genera fluxerunt. Nascitur etiam hinc litium incertitudo & immortalitas: ex immortalitate, cumulatio litiũ ingés & imméſa. Nã ea séper hac in re mea fuit opinio, litium multitudinem infinitã potius ex diuturnitate quàm hãc ex illa oriri: quanquam uulgò aliter existimatur. Iudex autem intanto articulorum & responsionum numero, qui potest aliquid certò & constanter definire? Sanè non minus inanis quàm laboriosa & incerta dicta iudicandi ratio uidetur. Nam si exceptio, quam reus actori opposuit, actionem excludit, ut in superiori exemplo Exceptio mutati testamenti actionem ex testamento: ad quid (quæso) prosunt actiones, & omnium eius requisitorum probationes, & probationum examina? quorsum obsecro prodest, probatum esse quòd testamẽtum sit factum quod actores hæredes sint scripti, testes uocati, quòd testator testamenti factionem habuerit, quòd actores intra legitimum tempus hæreditaté agnouerint, quòd reus hęreditatem possideat, &c. nonne omnia istiusmodi requisita omnes omnium requisitorum probationes, quamli-

bet uariæ, multiplices & sumptuosæ, cũ sua actione, per unicam Mutati testaméti exceptionem excludũtur, ac perimunt prorsus? Simili ratione quorsum pertinét Exceptionis, omniumq; eius requisitorum probationes, probationumq; examina, cùm Exceptionem sequens Replicatio excludit & perimit? nonne labores & sumptus in eas res facti simul redduntur inanes omnes? Actorem actionem, reum contra suam exceptionem, eiusq; requisita probare teneri, uerum est. nam si actor depositi agédo dicit, se rem apud reum deposuisse, idq; reus negat: actor utique actionem suam, hoc est, se rem apud reum deposuisse, probare tenetur. Similiter, si hæreditaté quis petat, reusque neget se eam possidere, utiq; actor illud suæ actionis requisitum, quod reus hæreditatem possideat, debet probare. Quid autem, si reus non negando, sed distinguendo respondeat? concedat quidé, uel silentio prætereat factum ex quo agitur, & exceptionem tantum distinctionis opponat? dicens, fortè rem depositam sine facto suo periisse, uel se rem restituisse, uel (ut in superiori exéplo) testamentum esse mutatum? Hoc casu dicendum est, actorem non actionem suam, nõ factũ suum, nec actionis suæ requisita probare teneri. quòd de nullo istorum sit contentio. Eadem dicenda sunt de Exceptione rei conuenti, ut is eam nõ aliter probare teneatur, nisi in ea consistat controuersia. Vt autem actor certam, qua experiri uolet, actionem edere debet: ita quoq; reus certã in qua ꝑsistere uolet, debet opponere exceptionem: qua aut negabit id quod in actione propositũ est, aut distinguet. Si distinguet, nõ poterit de actione existere controuersia. Planè pluribus Exceptionibus uti non prohibemur, quemadmodum nec plures actiones cumulare: rarissimè tamen ultra tres actiones cumulantur. In excipiẽdo igitur, modus quoq; excedendus non est: ne causam nostram non tam defendamus, quàm faciamus suspectam. Sed ad secundam Iudicandi rationem transeamus.

De secunda iudicandi ratione. *Cap. III.*

Hac ratione Iudex facti speciem exactis hinc inde collectam sibi proponit, quid actũ uel factũ sit cõsiderat: ité qua, cui, cũ quo, & per qué fecerit: ité in qua re, ex qua causa, quo modo, quo instrumento, quo tempore, quo loco: item quid euenerit, quid antecesserit, quid denique in ipso contigerit actu. De hisce omnibus & singulis inquirit, oẽs causæ angulos non aliter ac aduocatus, cui Exceptiones & argumenta quærenda sunt, diligenter perlustrat. Hinc motum quendam animi concipit, quo uel ad condemnandum, uel ad absoluendum reum commouetur. Quam actionem intentauerit actor, quam contrà reus exceptionem opposuerit, in quo consistat controuersia, non magnopere curat. Status loco in omni causa obseruat hanc quæstionem finitam: Vtrum ex proposita causa condemnandus, an absoluendus sit reus? quæstiones infinitas, quibus de genere uniuerso quæritur, parum attendit, manet in personis & temporibus in specie specialissima: Quoniam (inquit) ius in causa positũ est. Omnis igitur cura eius, in causæ circumstantijs explorandis & considerandis consistit. Cùm autem causarum circumstantiæ, earumq; qualitates multiplices & uariæ soleant esse: pro circumstantiarum uarietate uariaꝶ sæpe & animus huius iudicis, & nunc in hanc, nunc in illam inclinat sententiam: tandem ex inceto quodam animi motu potius, quã ex certo iure pronũciat: & alius aliter. Apud huiusmodi iudices maximè locus est oratoriis uirtutibus: faciIè enim iis artibus, quas Rhetores de mouendis affectibus tradũt, decipiuntur: quanquam non dubito hanc in causis dijudicandis rationem multis, magnis etiam uiris probari, cùm non possit negari ius in causa positum esse, ad quod cognoscendum omni modo sit opus causæ circumstantias probè excutere & explorare. Veruntamen mihi (ut liberè fatear) ista Iudicandi ratio in ordinariis quidem iudiciis ineptissima uidetur.

Etsi enim omnes causæ circumstantiæ in iure eius inquirendo probè perlustrandæ sunt, & considerandæ: hoc tamen ad Inueniendum spectat, non ad Iudicandum. Omnibus constat, actionis genus competens pro uarietate circumstantiarum uariari: Exceptiones, Replicationes, Duplicationes, &c. ad defendendam causam ex ipsius causę circunstantiis depromi solere: Argumenta item, & Probationes, ad confirmãdum id quod causæ nostræ prodest, & ad confutandum id quod obest, in iisdem circunstãtiis inueniri. Ergo in circunstantiis causę latet actio competens: item contra actioné exceptio, contra exceptionem replicatio: item argumenta confirmationis & cõfutationis, in quibus ius causæ consistit. Vt ergo ista omnia inueniri queant, necessarium est facti spém ob oculos habere positam, singulas causæ circunstantias excutere & perlustrare. Nec enim prædicta aliter inueniri possunt, nisi causæ circunstantiæ perlustrentur: nec perlustrare causæ circunstantias aliò spectare põt, quàm ad prædicta inuenienda. A quibus autem iam dicta inquiréda sunt? à quibus inuenienda? ab aduocatis partium, qui causas agédas ac defendédas, quò illa pertinet, susceperunt. Nũquid etiam à iudicibus? non. Quodnam igitur Iudicum munus est? de inuentis ab aduocato & propositis iudicare, unde illis quoq; nomen est. Aduocatorum ergo proprium officium est, facti speciem probè perlustrare, personas, res, cãm, locum, tempus, modum, antecedétia item, adiuncta & consequentia considerare, ut actionem competentem edãt: ut Exceptiones, replicationes, duplicationes ad causã defendendam, arguméta & probationes ad statũ confirmandum inueniant: & sic ius, quod in causa latet, eruant, in lucem proferant, proponantq; iudici. Post hæc iudicis subsequitur officium, quod circa inuenta ab aduocatis & in medium adducta uersatur, quo de inuentis & propositis iudex cognoscit, & secundum acta & probata iudicat: nec opus illi ad hoc est, ad causæ circunstantias respicere: sed ad ea, quæ ex circumstantiis desumpta, & in medium adducta sũt: hoc est, ad exceptiones, replicationes, statuum argumenta & probationes. Cùm ergo duplex sit differédi ratio, altera inueniendi, altera iudicandi: illa quidem aduocatis. hæc uerò iudicibus conuenit: illa enim circumstantias causarum ad inueniendas exceptiones & argumenta explorare: hæc exceptiones & argumenta inuenta in argumentationum formas redigere, & sic de illis iudicare docet. Quàm igitur uiciosa ex tribus iudicandi rationibus secunda, qua iudex suo officio posthabito aduocatorum onera subit, seq; immiscet rei ad se non pertinenti, sit existimanda, ex iam dictis constat. Planè in causis extraordinariis, quarum ius magis ex arbitrio iudicis quàm ex authoritate legis pendet, hæc iudicandi ratio locum habet, de qua re infrà dicetur.

De tertia iudicandi ratione, & de statu indagando. *Cap. IIII.*

VEnio tandem ad tertiam iudicandi rationem, quæ non ut prima infinitas probationes exigit, sed eius tantùm in quo summa controuersiæ consistit, & eorum quæ ad hoc probandum adducta sunt: quę item non ut secunda, ad circunstãtias causarum respicit, sed ad ea quæ ex circunstantiis producta sunt. hoc est, ad exceptiones & argumenta: quæ denique non ut utraque præcedens nunc huc nunc illuc uagatur: sed in causæ statum oculos figit, ad eũ omnia alia dirigit ac digerit acta. Proinde hac rõne iudex, anteq̃ ad probationis examen accedat, statum causæ, hoc est, illud de quo cõtrouertitur, & quod probandum est, inquirit. Quoniã (autore Fabio) illud est quod & orator præcipuè sibi obtinendum, & iudex maximè spectandum intelligit: in eo .n. causa consistet. Quid aũt & quotuplex status sit, nec non quæ sit eius indagandi ratio, alio loco exposui. Hac igitur postrema iudicandi rõne Iudex primo loco animaduertit, quam actionem intentauerit actor: ubi non tam de actionis nomine est solicitus, quàm de re quæ petita est, de

causa

causa ex qua est petita, de iure deniq; quo est petita: quibus omnis cōstat actio. Tria ergo omni actione primùm inquirit, scilicet quid petitum sit, ex qua causa, & quo iure. Hęc ob certius iudicium, in formam Syllogismi coniicit. Nam omnis causa ex qua uel agitur uel excipitur, etiāsi lōgissima narratione uel mille proponatur positionibus, nihil aliud est quā argumentum, quo uel actor sibi aliquid dari uel fieri, uel reus se absolui debere, probare conatur. De argumento autem certius iudicari nequit, quàm si in formam argumentationis, Syllogismi puta, uel Enthymematis fuerit redactum. Causam igitur omnem siue actionis, siue Exceptionis, siue Replicationis, siue Duplicationis, iudex in Syllogismum redigere & coarctare potest. Sanè si uel ius uel factum, ex quo uel agitur, uel excipitur, notorium sit: eo omisso, uniuersa uel actio uel exceptio, Enthymematis forma comprehendi potest. Tribus ergo prædictis in actione notatis, iisq; Syllogistica forma comprehensis, procedit iudex ad exceptionem rei conuenti: & utrum ad ea quæ ī Syllogismo actionis proposita sūt, responderit reus: an uerò aliqua exceptione dilatoria sit usus, attendit: quòd si ad ea quę proposita sunt responsum uidet, utrum negando an distinguendo responsum sit obseruat. Quòd si alterum eorum quæ proposita sunt, negatum est, ibi Statum causæ consistere intelligit: & si quidem maior proposito negata sit, de iure: sin minor de facto controuersiam esse non ignorat. Nam ultra isto duo genera statuum, tertium genus nullum esse, alibi ostendi. Sin autem ea quæ in Syllogismo proposita sunt negata nō sunt, sed sub aliqua conditione concessa, distingui hoc dicitur: quo casu status non nascitur. Transit igitur tunc iudex ad Replicationem actoris, prius Exceptione similiter in Syllogismi formam redacta: & rursus, utrū ea quæ in Syllogismo Exceptionis proposita sunt, actor replicando negauerit an distinxerit, attendit: & si quidem altera propositionum negata est, ibi statum causæ notat: sin autē rursus distinctū sit, ista distinctione similiter Syllogismo cōprehensa, ulterius eo quo dixi modo ad duplicationem, à duplicatione ad triplicationem, progreditur eousq;, donec ad aliqd quod ab altero litigatorum affirmatum aduersarius eius simpliciter negauerit, perueniat. Nam ibi statum causæ oriri, alio loco monstraui. Quæ omnia, qualia sint, exemplis declarabo. Causa in iudicium talis deducta est: Titius Sempronio prædium Seianum uendidit precio centum florenorum: quod precium postea quidam amicus Titii à Sēpronio, Titii nomine exegit: Sēpronius falsò credens illi, ut exigeret mandatum à Titio esse, centum florenos ei soluit. Is cui pecunia soluta erat, eam dedit Seio ad Titium uenditorem perferendam. uerùm cùm Seius Titiū ex causa legati in cētum florenos haberet obligatum, pecuniā cōpensationis iure retinuit: nihilominus tamen Titius uenditi actione ad soluendū sibi precium cōtra Semproniū experitur: diu multumq; disceptatur, alię atq; aliæ leges hinc inde allegantur. Conclusa disputatione, superuenit Iudex de causa & disputatione cogniturus: & ut statū cōtrouersiæ de quo in primis inquirere solet, intelligeret, notat primū in actione cētū peti florenos, quæ res est ex causa uenditionis, iure quo emptor uenditori ad soluendum precium tenetur: de quo l. Iulianus. §. ex uēdito. ff. ad action. empti & uēditi. Cum autē ius hoc notoriū sit, nec possit ab aduersario negari, totā actionē enthymemate complectitur, hoc modo:

Actor reo predium centum florenis uendidit. Ergo,

Reus centum florenos ex causa uenditionis soluere tenetur.

Iam quid ad hæc excipiēdo reus respōderit, iudex animaduertit, Animaduertit ergo reum, id quod enthymemate propositum est concedere, sub hanc tamen conditione: Si non centum floreni essent soluti. Reus igitur excipiendo distinguit, quam Exceptionē iudex similiter enthymemate complectitur hoc modo:

Reus centum florenos soluit. Ergo,
Reus est liberatus: & ꝑ cōsequens, absoluendus.

ſoluendus. Quid adhæc actor replicando reſpondeat, nunc attendit. Sed & hoc enthymema concedit ſub hac conditione: Si ſibi, non alii, ſine ſuo mandato eſſent ſoluti. Adhuc nullum ſtatum, nullam litem inter actorem & reum iudex intelligit. Syllogiſmo igitur & hanc actoris Replicationem complectitur hoc modo.

Si ſine mandatu creditoris alii ſoluitur ſolutio debitorem non liberat.

Sed reus ſine mãdatu creditoris alii ſol(uit.

Ergo, Solutio iſta reum non liberat.

Tranſit poſthæc ad Duplicationem rei cõuenti, qua nec maior, nec minor propoſitio negatur à reo. Nam maior manifeſtiſſimi iuris eſt: minorem ſi negaret, contrarium teneretur probare: quod non poteſt. Adhuc ergo diſtinguit duplicando hoc modo: Niſi pecunia alii ſoluta ad creditorem actoris perueniſſet. Nec adhuc ſtatus cauſæ iudici apparet, cum nihil eorum quæ hactenus ab utraque parte propoſita ſunt, negatum ſit, ſed omnia ſub conditione quadam conceſſa & diſtincta. Procedit igitur ad Triplicationem actoris, Duplicatione prius in Syllogiſmum redacta, hoc modo:

Quando pecunia alii ſine creditoris mandatu ſoluta, ad creditoris ſeu actoris creditorem peruenit: debitor per ſolutionem iſtam liberatur.

Sed hoc caſu pecunia alii ſoluta ad creditorem actoris Seium peruenit, Ergo.

Debitor Sempronius per ſolutionem, licet alii ſine mandatu actoris factam, eſt liberatus.

Quid ad hęc Triplicando actor reſpõdeat, iudex nunc animaduertit: negat autem ſimpliciter actor propoſitionem maiorem Syllogiſmi propoſiti, affirmat eam reus: hic tandem lis inter actorem & reũ oritur, hic latet anguis in herba, hic ſtatus cauſę apparet iſte: nimirum, Vtrum debitor per ſolutionem alii ſine mandatu creditoris factam liberetur, ſi pecunia ſoluta ad creditorem ſui creditoris peruenerit? In hac quæſtione tota cauſa conſiſtit: qua deciſa, nulla lis, nulla controuerſia ſupereſt.

De examine probationum. Cap. V.

IAm ergo ſtatu cauſæ inuento, iudex ſecundo loco probationum examen ſuſcipit, & utrũ ſtatus cauſæ ſatis probatus ſit necne, perquirit & quæ ſint probationes & diſputationes neceſſariæ, quæ non neceſſariæ, ex ſtatu cauſæ metitur. Proinde ſi quidem de iure controuerſia exiſtat, ut controuerſia exempli loco propoſita quibus legibus & rationibus is cui probandi onus incumbit, ad ſtatum probãdum ſit uſus: ſin autem de facto diſceptatio ſit, quot & quib. probationibus, utrũ inſtrumentis, an teſtibus, an ſignis & coniecturis nitatur, obſeruat. Hinc quid ad ea confutanda aduerſarius propoſuerit, notat. Tandem probationes & confutationes inuicem librat, & utrum hę an illę, ad faciendam fidem, & iudicem in hanc uel illam partem mouendum ſint grauiores, ponderat, argumentis in argumentationũ formas redactis. Sanè ſi quidẽ in iure controuerſia conſiſtat, leges, conſtõnes & cõſuetudinem loci ſequitur in pronunciando: nec diſtinguit ubi non diſtinguit lex, etiã ſi fortè ſua ratio aliud ei ſuadeat, erubeſcit ſine lege loqui, nec prudẽtior lege uult uideri, exceptis cauſis extraordinariis in qbus lex nihil certi definit, ſed ius iudicis arbitrio definiendum cõmittit, de quo dicetur infrà. Sed & in ordinariis cauſis, ſi quando euidens poſcit æquitas, certiſq; conſtat argumentis, & caſu aliquo ſimili mentem legis diſtinctioni propoſitæ non refragari, à uerbis legis quo æquitati ſubueniat, recedere non abhorret. *a* Sin autem de facto ambigitur, tum quod ſibi credibilius vř, ſequitur, & rectè: cùm facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis ſit, iuris autem autoritas non ſit. *b* Ius enim certum finitumq; eſſe & poteſt & debet: facti autem interpretatio plerumque prudentiſſimos etiam fallit. *c* In iuris ergo quæſtione illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet quàm aut legibus aut conſtitutibus aut moribus proditum eſt. *d* In facti uerò quæſtione confirmabit motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, quę rei aptiora & uero ꝓximiora

a *l. etſi nihil. ff. de reg. iur.*
b *l. ordine. ff. ad municip. & l. 1. §. calũnia. ff. ad ſenatuſc. Turpi.*
c *l. in omni. ff. de iuris & facti igno.*
d *Inſtit. de off. iud. in prin.*

a *l. ob carmen. ff. de testibus.* miora compererit. *a* Nec enim quæ argumenta ad quem modũ cuiq; rei probandæ sufficiant, ullo certo modo satis definiri potest. Non ergo ad unam probationis speciem, cognitionem statim alligare debet, sed ex sentẽtia animi sui existimabit quid aut credat aut parum probatum sibi opinetur. *b* Planè quod sit officiũ iudicis in causis dubiis & obscuris, de eo collegi aliquot iuris regulas, quas licet uidere lib. 2. Methodi, cap. 25.

b *l. testium fides. §. eiusdem. ff. de testibus.*

Omnes controuersias ad uniuersi generis uim ac naturam referendas. Cap. VI.

TOta ergo postrema iudicandi ratio, in hisce duob. consistit: Primò, in statu causæ indagando: deinde, in examinandis probationibus. Probationũ uerò examen consistit in notandis primò probationibus, deinde confutationibus aduersus eas adductis, postremò in utrisque inuicem liberandis. Status autem causarum & aliæ quæstiones, non in personis, nec in temporibus, sed generaliter extra causæ circunstantias considerandæ sunt. Exẽpli gratia: Titius Sempronio ędes suas uẽdidit, uenditas emptori tradidit: emptori postea de iis, precio nondum soluto, à tertio quodam dominii quæstio mouetur. Titius uenditor nihilominus uenditi actionem ad soluendum sibi precium intendit, offerens idoneam de euictione ædium cautionem. Causa actionis est uenditio, quam reus non inficiatur, sed opponit. Controuersia, quæ sibi de ædibus à tertio mota est, pendente se ad precium soluendum non teneri. Actor replicat, Nisi idoneam cautionẽ de euictione præstanda ipse offerret. Reus contrà dicit, ne hoc quidem casu se teneri: lis oritur non tam de præsenti causa, quàm de genere uniuerso. Quamquam enim status seu quæstio fortasse sic formabitur: Vtrum Sẽpronius, cui de emptis ædibus dominii quæstio mouetur, Titio actori eo casu quo idoneam de euictione præstanda cautionem offert, precium de quo conuenit soluere teneatur, necne? tamen nec Titii nec Sempronii, nec ædium uenditarum consideratio ad hanc qõnem decidendam quidquam ualet, sed uis totius quæstionis est in genere uniuerso: Vtrum scilicet emptor, cui de re empta dominii quæstio mouetur, uenditori, qui idoneam de euictione cautionem offert, uenditi actione ad soluendum precium teneatur, necne? Iudex ergo in decidendis huiusmodi quæstionibus non ad personas, nec ad tempora respiciet, sed ad genus uniuersum. Quæ ne fortè alicui uel nimium obscura, uel parum probabilia uideantur, hac de re locum ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, subiiciam. Ex isto enim loco & postrema hæc iudicandi ratio confirmatur: & secunda, quæ contrarium obseruat, refellitur.

Verba Antonij apud Ciceronẽ libro 2. de Oratore. Cap. VII.

ATq; hic illud uidendum est (inquit apud Ciceronem Antonius) in quo summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus: non ꝙ hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, sed tamen ut uideatis quàm sit genus hoc eorum qui sibi erudititi uidentur, hebes atque impolitum. Cõstituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis atq; temporibus de uniuerso genere quæritur: alterum, quod personis certis & temporibus definiatur: ignari, omnes controuersias ad uniuersi generis uim & naturam referri. Nam in ea ipsa causa, de qua ante dixi, nihil pertinet ad oratoris locos Opimii ꝑsona, nihil Decii. de ipso enim uniuerso genere infinita quæstio est: Nũ pœna uideatur esse afficiendus, qui ciuem aliquem ex senatusconsulto patriæ conseruandæ causa interfecerit, cùm id per lege non liceret. Nulla denique est causa, in qua id quod in iudicium uenit, ex reorum personis, ac non generum ipsorum uniuersa disputatione quęratur: quinetiã in iis ipsis, ubi de facto ambigitur, Cępe ritne cõtra leges pecunias P. Decius argumenta & criminum & defensionis reuo-

centur oportet ad genus & ad naturã uniuersam: quòd sumptuosus, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaricia: quòd seditiosus, de turbulẽtis & malis ciuibus: quòd à multis arguĩt, de genere testium. contraq; q̃ pro reo dicentur, omnia necessariò à tpe atque homine ad communes rerum & generum summas reuoluentur. Atque hæc forsitan homini non omnia quæ sunt in natura rerũ celeriter animo comprehendenti, permulta uideantur, q̃ ueniant in iudicium, tum cùm de facto quęratur: sed tamen criminũ est multitudo, non defensionum aut locorum, infinita. Quæ uerò cùm de facto nõ ambigitur, quæruntur qualia sint: ea si ex reis numeres, & innumerabilia sunt, & obscura: si ex rebus, ualde & modica & illustria. Nã si Mancini causam in uno Mancino ponamus, quotiescunque is quem pater patratus dediderit, receptus non erit, toties causa noua nascetur: sin illa controuersia causam facit, Videatur'ne ei quem pater patratus dederit, si is nõ sit receptus, postliminium esse: nihil ad artem dicendi, nec ad argumenta defensionis Mãcini nomen pertinet. At si quid adfert præterea hominis aut dignitas, aut ĩdignitas, extra q̃onem est: & ea tamen ipsa oratio ad uniuersi generis disputationem referatur necesse est. Hæc ego non eo consilio disputo, ut homines eruditos redarguam: quã quam reprehendendi sunt, qui in genere definiendo istas causas describunt in personis & temporibus positas esse. Nã etsi incurrunt tempora & personæ, tamen intelligedum est non ex ijs, sed ex genere quæstionis pẽdere causas. Sed hoc nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad uos, Cotta noster & Sulpiti: quomodo nunc se istorũ artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita. Si in personis ponitur, quot homines, tot causæ: sin ad generum uniuersas quæstiones referuntur, ita modicæ & paucæ sunt, ut omnes eas diligentes & memores & sobrij oratores percursas animo & propè decantatas habere debeant. nisi fortè existimatis à M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum attulisse quamobrẽ posthumo nõ nato, Curium tamen hæredem Coponij esse oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causæ uim ac naturam nomen Coponij ac Curij pertinuit: in genere erat uniuerso rei negocium, non in tempore ac nominibus omnis quæstio, cùm scriptum ita sit: Si mihi filius gignitur, isque prius moritur, &c. tunc ut ille mihi sit hæres: si natus filius non sit, uideaturne is qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse: perpetui iuris & uniuersi generis quæstio, non hominum nomina, rationem dicendi & argumentorum fontes desiderat, in quo etiam isti nos iurisconsulti impediunt, à discendoque deterrent. Video enim in Catonis & Bruti libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure uiro aut mulieri responderint. Credo ut putaremus in hominibus, non in re, consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut quòd homines essent innumerabiles, debilitati à iure cognoscendo uoluntatem discendi, simul cum spe perdiscẽdi abijceremus, &c. & paulo post: Huius quidẽ loci, quem modò sum exorsus, hic est finis (inquit Antonius) quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporum uarietate, sed in generum causis atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium uocarẽtur: genera autem esse definita non solum numero, sed etiam paucitate, &c. Hactenas uerba Antonij apud Ciceronem.

Effectus tertiæ & postremæ iudicandi rationis. Cap. VIII.

PORrò ex ijs quę hactenus dicta sunt apparet, Iudicem, qui tertiam in iudicando rationem sequitur, nõ prolixas nec artificiosas orationes, nec item articulatos libellos, & ad singulos articulos responsiones desiderare: nec Rhetorum artibus, quibus ad affectus hominum mouendos uti solẽt, commoueri. Nam recto iudicio hic Iudex cognoscit, non ex uano quodam animi motu, Actionẽ tribus (q̃d aiunt) uerbis cõplectitur, quid petitũ sit,

ex qua causa, & quo iure notat. Syllogismum uel Enthymema ex hisce conficit: omnia alia in libello actionis proposita, quæ Syllogismus uel Enthymema illud non capit, iudex non aliter curat, q̃ ad exponendum tantum & declarandũ, non ad argumentandum, nec ad fidem faciẽdam pertinentia. Eandem in exceptione, replicatione, duplicatione dijudicanda rationem obseruat: ad illud unum, in quo summa controuersia consistit, properat: iuxta illud reliqua omnia dirigit ac disponit: ex illo, quæ uel ad causam pertinẽtia uel impertinentia sint, metitur: quæ ad illud non tendunt, tanquam superflua & impertinẽtia respuit. Desiderat ergo hic iudex, ut actor cãm ex qua agit, narratione breui, probabili & perspicua exponat: hinc quid ex ea uelit, inferat: interdum etiam ut ius quo agit, si id obscurius sit, libello inserat. Posthæc, ut reus similiter suam ꝓponat exceptionem, actor rursus suam replicationem, &c. apparente tandem statu desiderat, ut is cui eius probandi onus incumbit, suas leges, suas probationes, instrumenta, testes, &c. sine uerbosa commendatione producat: ut ex aduerso aduersarius rationes suas, si quas ad confutandas probationes habet, breuiter proponat. In examinandis quoque testibus non exigit plures articulos probatorios, nec interrogatorios generales uel speciales sibi præscribi. Vnum illum articulum, qui controuersiæ caput est, probandum: & si quę signa ad illum probandum allegata probatione indigent, testibus ꝓponit, de ijs testes ipse interrogat: scit ꝓ sua prudentia, etiam non admonente aduersario, de omnigenis facti circunstantijs testes interrogare, ut utrum uerum an falsum deponant, conijciat. Hanc iudicandi rationem, omnium uerissimã puto.

De causis extraordinariis, & officio iudicis, Cap. IX.

SEd dicta quidem tertia iudicandi ratio in causis atque iudicijs ordinarijs maximè locum habet: in causis autem extraordinarijs, & quarum ius magis ex arbitrio iudicis, quam ex legum authoritate pendet, secunda iudicandi ratio maximè conuenit. Nam quamuis iudex regulariter non aliter iudicare debeat quam legibus proditum est, *a* nec iuris autoritas in eius sit potestate: *b* tamen non rarò lex suam autoritatem iudici concedit: ut in extraordinarijs criminibus. Nã ei qui extraordinariè de crimine cognoscit (ait Vlpianus) quam uult sententiam ferre licet, uel grauiorem uel leuiorem, &c. *c* In hisce ergo iudex debet considerare causam facti, personam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem & euentũ. *d* Idẽ obseruandũ iudici in mercedibus & salarijs constituendis, de quibus ei suo arbitrio ius dicere permissum est: de qua re tractatur in titulo de extraordin. cognit. In honorariis aduocatorũ (inquit eo loci Vlpianus) ita uersari debet iudex, ut pro mõ litis, proq; aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æstimationem adhibeat. *e* Similiter respondit Scæuola: Ex personis causisq; eum cuius notio sit æstimaturum, an actio danda sit & salarium debeatur. *f* Ad arbitrium quoque iudicis pertinet, quoties lex quid non simpliciter, sed cã cognita statuit, iubet, uetat vł permittit fieri. Vt cùm impuberi, cui controuersia fit an inter liberos sit, iubet causa cognita bonorum possessionem dari, & iudicium in tẽpus pubertatis differri. *g* Hoc autem prætori diligentissimè examinandum est (inquit Vlpianus) an expediat pupillo repræsentari cognitionem, an potius in tempus pubertatis differri: & maximè hoc inquirere à cognatis, matre, tutoribusq; pupilli debet. finge esse testes quosdam, qui dilata controuersia aut mutabunt consilium, aut decedẽt, &c. *h* Eadem ratio est in omnibus causis quę ex officio iudicis dependent, & in quibus iudex nihil nisi cã cognita decernere potest: ut sunt causæ in integrum restitutionis minorum, quæ non nisi causa cognita indulgenda est, & officio iudicis expeditur. *i* Sed & omnes in integrũ restõnes, non nisi causa cognita permittuntur. *k* Dilationes quoque amplius quàm semel daxi

a *Inst. de officio iudicis in prin.*

b *l. 1. §. 1. ff. ad senatusc. Turpi. & l. ordine in prin. ff. ad municipalem.*

c *l. 13. ff. de pœnis.*

d *l. 16. in prin. ff. de pœnis.*

e *l. 1. §. in honorariis. de extraor. cognit.*

f *l. fi. §. fi. ff. de oblig. & actionibus.*

g *l. 1. in pr. & l. 3. §. duæ. ff. de carboniano edicto.*

h *l. 3. §. duæ autem. ff. d carboniano edicto.*

i *l. 11. §. sciẽdum. & l. 13. §. causa autẽ cognita & l. 24. §. fi. ff. de minorib. 25 annis.*

k *l. 3. ff. de in integ. restitu.*

dari lex uetat, causa tamen cognita. *a* De dolo quoque actionem non aliàs se daturum Pretor pollicetur, nisi causa cognita: Si iusta causa esse uidebitur, inquit. *b* Interdum etiam non passim, sed cum causæ cognitione uenter in possessionem mitti debet. *c* In hisce ergo atque similibus, officium atque arbitrium iudicis regnat, respiciendumque est iudici ad circumstãtias negocij: & ita quod ei iustũ æquumq; uidetur, ab eo decernendum. Planè quoties in lege non est adiectum Causa cognita, sine causæ cognitione causa determinanda est: hoc est, non ex arbitrio iudicis, sed ex dispositione legis. *d* Ad hæc cum lex in sua dispositione tempus dicit, nec adiicit diem, sine dubio (inquit Vlpianus) ostendit esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat. *e* In transactionibus quoq; alimentorum iudicis arbitrium uersatur: *f* item in alienationibus rerũ minorum, *g* & decurionum: *h* & in summa, in omnibus causis atque negociis, in quibus decreti interpositio est necessaria. Nam in hisce omnibus, circũstantiæ diligenter a iudice perpendendæ sunt, & ita quod ei bonum iustúmque esse uidetur, decernendum: ut in transactione alimentorum, in primis quæri debet de causa transactionis: utputa, quia fortè alibi domicilium habet hæres, alibi alimentarius, aut si causa aliqua præsentis pecuniæ urgeat, &c. deinde quærẽdum de modo pecuniæ, quæ in transactionem uenit, ut quantitas transactionis æstimanda, &c. tertiò de personis transigentium, ut cuius uitæ sint, hi quibus alimenta relicta sunt, &c. in quibus etiã facultatibus sit is quo relicta sunt, cuius propositi, cuius opinionis, &c. *i* Pertinent etiam huc facti quęstiones, quoniam & ipsæ in iudicantis arbitrio positæ sunt. *k* Proinde inquit Callistratus: Testium fides diligenter examinãda est. Ideoq; in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiusque, utrum decurio an plebeius sit, & an honestæ & inculpatæ uitæ, an uerò notatus & reprehensibilis, an locuples uel egens sit, ut lucri causa quid facilè admittat: uel an ei inimicus sit aduersus quem testimonium fert, uel amicus ei pro quo testimoniũ dat, &c. *l* In hisce ergo & hmõi aliis causis & quæstionibus quæ totæ ex arbitrio & officio iudicis dependent, locũ habet suprà dicta secũda iudicãdi rõ. Porrò qm̃ in huiusmodi causis de omnigenis circunstantiis & negocij qualitate, ut ex s̃. allegatis locis patet, inquirendum est: per libellum, hoc est per scripta ea expediri nequeunt. Nam necesse est, ut iudex ipse præsens præsentem audiat, & pro sua prudentia, ea quæ inquirenda sunt, inquirat. Vnde D. Hadrianus Iunio Rufino proconsuli Macedoniæ rescripsit, testibus se, nõ testimoniis crediturũ, hisce uerbis: Quòd crimina obiecerit apud me Alexander Apro, & quia nõ probabat, nec testes producebat, sed testimoniis uti uolebat, quibus apud me locus non est (nam ipsos interrogare soleo) ipsum remisi ad Prouincię præsidem, ut is de fide testium quęreret. *m* Quę non solùm in facti quæstione locum habent, sed & quotiescunque decreti interpositio necessaria est, & causæ cognitio desideratur, obtinent. Hinc Vlpianus ait: Vbi decretum necessarium est, per libellũ id Proconsul expedire nõ potest. Omnia enim quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. *n* Insuper cùm ius causæ iudicis arbitrio decernendum a lege committitur, credendum est illi, hoc non simpliciter, sed cum quodam temperamẽto commissum esse. Nam licet ei qui extraordinariè de crimine cognoscit (inquit Vlpianus) quam uult sentẽtiam ferre uel grauiorem, uel leuiorem: ita tamen, ut in utroque modo rationem non excedat. *o* Idem Vlpianus alibi dicit: In honorariis aduocatorum ita uersari iudex debet, ut pro modo litis, &c. æstimationem adhibeat: dummodo (inquit) licitum honorarium quantitas non egrediatur. *p* Item cùm prætor se tempus daturum pollicetur, nec adiecit diem: est quidem in ius dicentis potestate quem diem præstituat, pauciores tamen centum dierum (inquit Paulus) non sunt dandi. *q* Quoties igitur lex ius causæ iudicis arbitrio definiendum mandat, de boni uiri arbitrio intel-

ligendum

a *l.7.l.10. ff. de feriis.*
b *l.1. in pr. & l.9.§.fi. ff. de dolo malo, et l.2. C. eod. tit.*
c *l. ubicunque. §.1. ff. de uent. in pos. mit.*
d *d.l. ubicũque. §.1. & l.15.§. prætor ait fi. ff. de iniur.*
e *l.1.§.1. ff. de iure delib.*
f *l.8. in pr. ff. de trãsa.*
g *l.1.§.1. ff. de reb. eorũ qui sub tutela.*
h *l.1. C. de præb. decur.*
i *l.8.§. ult igitur cũ sequen. ff. de transact.*
k *l.1.§.1. ff. ad senatusc. Turp. & l. ordine in prin. ff. ad municip.*
l *l.3. in pr. ff. de testib.*
m *l.3.§. idẽ diuus. ff. de testib.*
n *l.9.§.1. ff. de officio procõsul. et l. omnia. ff. de reg. iur.*
o *l.13. ff. de pœnis.*
p *l.1.§. in honorariis. ff. de extraord. cognit.*
q *l.2. ff. de iure delibe.*

ligendum est. *a* In summa, iudex qui huiusmodi causis arbitrariis addictus est, æquitatem ante oculos habere debet. *b* Sanè huiusmodi causarũ cognitiones magis imperij sunt q̃ iurisdictionis: ideoq; magistratibus municipalibus non permittuntur, *c* sed prætori, uel præsidi. Vnde Paulus Iuriscon. dicit: Vbicunque causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur. *d* Et Vlpianus dicit: Si fortè duretur non caueri, ut possidere liceat, quod causa cognita fieri solet, non duumuiros, sed prætores uel præsides permissuros. *e* Hæc de causis extraordinariis.

a *Argumẽto l. in personã. ff. de reg. iur. l. si societatẽ. §. fi. ff. pro socio. l. si libertus. ff. de operis libertorum. l. illa uerba. ff. de uerb. signi. item si in lege. in prin. ff. locati.*
b *l. 4. §. fi. ff. de eo qui certo loco.*
c *l. ea quæ. ff. ad municipalem.*
d *l. ubicunque. ff. de reg. iur.*
e *l. 2. §. si fortè. ff. de dam. infec.*

De iis quæ ipso iure nulla sunt. Cap. X.

PLanè in ordinariis quoque causis licet quandoque iudici non disputationes aduocatorum, nec statum causæ in iudicando spectare, sed ipsius causæ circunstantias & qualitatem. Vtputa, si actio intentata uel exceptio opposita ipso iure non ualet. Nam tunc etiamsi eius aduersarius excipiendo non fecerit mentionẽ: iudex tamen istiusmodi actionem & exceptionem ex officio potest reiicere, & sic præter acta & probata pronunciare: Ipso iure autem non ualet actio, quæ per se sine actionis uel exceptionis adminiculo nulla est. Idemque de exceptione quæ ipso iure non ualet, est dicendum. Nam ea quæ inter homines uitiosè, & cõtra iuris formam, siue in iudiciis, siue extra geruntur, aut per se nulla sunt, & ipso iure non ualere dicuntur: aut sunt annullanda, uel per modum actionis, uel exceptionis ope. Per modum quidem actionis annullanda sunt ea, quæ a minore uigintiquinque annis sunt gesta. Nisi enim in iis minor in integrum restitutionem petierit, ualet quod actum est. Nam si per se sine restitutionis auxilio nulla essent, Prætor minori auxilium illud non dedisset. *f* Similiter cùm iudex quid quasi factum, quod factum non est, pronunciauit, sententia ipso iure ualet: *g* estque annullanda per appellationem: quæ si fuerit omissa, sententia in rem transit iudicatam, & pro ueritate accipitur. *h* Planè quoties contra leges & constitutiones pronunciatum est, sententia ipso iure sine appellationis auxilio nulla est: *i* cuiusmodi sententiæ plures enumerantur ff. tt. quæ senten. sine appel. rescin. & C. quando prouoc. nõ est necess. Exceptionis autem ope annullanda sunt: ut si q̃s metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti promisit, q̃d promittere non debuerat: nam palàm est, ipso iure hunc obligatum esse, estq; actio qua intenditur illum dare oportere efficax. Ideoque ad annullandam eam actionem exceptio Quod metus causa, aut Doli mali, aut In factum est necessaria. Itẽ, si debitor *k* pactus sit cum creditore, ne a se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: & efficax est contra eum actio, quæ per exceptionem pacti conuenti est annullanda. *l* Ad eundem modum pactus ne peteret, postea conuenit ut peteret. Exceptio prioris pacti per pactum posterius elidetur, nõ quidem ipso iure, sed replicatione. *m* Aequè si debitor creditore deferẽte iurauerit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus manet, sed per exceptionem iusiurandi defenditur. *n* Sanè si pupillus sine tutoris autoritate iusiurãdum detulerit, exceptio quidẽ obstabit, sed replicatione annullabitur. *o* In hisce atque similibus quæ quidem non per se nulla sunt, sed uel per actionem, uel per exceptionem annullanda, iudex officium suum nisi imploratum interponere nequit: nec id quod defuit aduocatis partiũ, potest supplere, ut ex locis præalligatis constat. Quoties autem qui per se sine actione uel exceptione nullũ est, iudex id etiamsi de nullitate eius aduersarius non exceperit, ex officio potest reiicere. Vt si ius ex quo uel agitur, uel excipitur, nullum est: puta, Vindicat quis rem aliquam ex hac causa, quòd solennibus pensionibus rei pro alio satisfecerit. nam ex hac causa dominium rei nullo iure nobis acquiritur. *p* Sic ipso iure non ualet exceptio, Si quis contra ui bonorum raptorum actionem opponat: Vnam tantùm rẽ, eamq; minimam si rapuisse. Nam *q* ista exceptio a iure reprobata est. Item si quis contra

f *l. 16. in princ. ff. de minor. 25. annis.*
g *l. 25. ff. de sta. hom.*
h *l. 1. C. de his qui per metum iud. non app. & l. 32. ff. de re iudic.*
i *l. 19. ff. de appell.*
k *Instit. de exce. in pr. & l. penul. C. de mut. stipul.*
l *Ins. de exceр. §. præterea debitor.*
m *l. si unius §. pactus. ff. de pact.*
n *Instit. de excep. §. aquè si.*
o *l. iusiurãdũ. §. 1. ff. de iureiur.*
p *l. 25. C. de rei uend.*
q *Insti. ui bo. rap. §. 2.*

contra fratrem hæreditatem patris ab intestato petentem excipiat, eum in potestate morientis patri non fuisse. Nam licet hæc exceptio iure ciuili olim introducta fuerit, iure tamen prętorio postmodū est sublata. *a* Adhęc non rarò genus causæ, ex quo uel agitur, uel excipitur, ipso quidem iure subsistere uidetur, sed reuera propter aliquam facti circumstātiam causa ipso iure nulla est. puta, pupillus cum aliquo sine tutoris autoritate contraxit, ex quo contractu si conueniatur: dicendum est, actionem ipso iure non ualere: quia pupillus sine tutoris authoritate nō obligatur. *b* Similiter si mulier pro alio publico instrumento à tribus testibus sub scripto non interueniente intercesserit: etiam Exceptione senatusconsulti Velleiani non opposita, actionem contra eam iudex denegabit. *c* Interdum etiam eius persona qui in iudicio postulat, talis est, ut uel remissa aduersus eius personam exceptione, à iudicii limine is sit repellendus. Nam quos prætor apud se postulare prohibet (inquit Caius) omnimodo prohibet, etiam si aduersarius eos postulare patiatur. *d* Vnde Vlpianus: Milites nec si uelit aduersarius (inquit) procuratores dari possunt. *e* In re quoque petita, & in iudicium deducta, iudex officium suum, etiam nō petitum aliquando impertit: ut licet uidere. l. fi. ff. de petit. hæred. ubi Scęuola respondit: Etsi non exciperetur, satis per officium iudicis consuli. Proculus quoque ait: Si tibi decem dedero, sic ut nouem debeas, non amplius te ipso iure debere quàm nouem. *f* Propter tempus quoque actio & appellatio aliquando ipso iure nulla est, & officio iudicis reiicienda: ut si appellans per negligentiam intra legitimum tempus non appellauerit, uel apostolos non petierit, appellatio deserta est, & ipso iure nulla, ut etiam desertionis exceptione omissa, iudex eam admittere non debeat. *g* quo iure utuntur in iudicio Cameræ. Propter has itaque & alias similes causas, actio ipso iure nulla dicitur, potestque iudex contra eam etiā Exceptione non opposita, ex officio pronunciare: & sic quod deest aduocatis partium, supplere ex l. 1. C. ut quæ desunt ad uoca. part. iud. sup. Quod similiter de exceptione, replicatione, duplicatione, &c. ipso iure nulla, intelligendum est. Planè si actio uel exceptio ipso quidem iure cō sistit, de facto autem probata non sit, non potest iudex in hoc quod deest supplere, etiam si ei aliter quàm probatum est constet. Nam non debet secundum id quod ei constat, sed secundum id quod probatum uel non probatum est, pronunciare: uel si conscientiam suam grauare nolit, in totum ab ista causa abstinere: quæ est communior Doctorum opinio. Quando autem iudex non petente aduersario officium suum impertire potest, non semper ad id impertiendum tenetur. Nam non quidquid iudicis potestati permittitur (inquit Papinianus) id subiicitur iuris necessitati. *h*

a *Insti. de hæred. quæ ab intestat. §. emancipati.*

b *Instit. de auto. tut. §. 1. & l. 16. in prin. ff. de minori. 25. annis.*

c *l. antiquæ. §. fin. C. ad senatusc. Velle.*

d *l. 7. ff. de postulādo.*

e *l. 8. §. fi. ff. de procuratoribus.*

f *l. rogasti. §. si tibi decem. ff. si cert. peta.*

g *c. si appellationē. Clemen. de appellationibus.*

h *l. 40. ff. de iudicijs.*

FINIS.

PARADOXA

PARADOXA NICOLAI VIGELII.

I.

OMNIS CAVSA EX QVA uel agitur uel excipitur, in tria uerba contrahi & potest & debet in iudicando.

CAVSAE appellatio in Iure duo significat: primò casum ex quo & actionem suã sumit actor, & reus suam sumit exceptionem: utputa, Testamentum contra regulas iuris fecit Seius miles, Titio hærede instituto: testator post biennium quàm dimissus erat, decedit, non mutato testamento. Quæritur, an scripto hæredi ex eo testamento competat hæreditas? Hic casus priore significatione, causæ appellatione continetur: ex qua Titius agit, reus excipit, actor rursus replicat, & duplicat rursus reus. Nam Titius agit ex testamento, q̃ in eo hæres scriptus sit: excipit reus ex modo quo factum est testamentum, scilicet, Quia contra regulas iuris factum est, actori ex eo actionem dandã non esse. Replicat actor: Si non esset testamentum militare. Dupli cat reus: Si intra annum post missionem decessisset testator miles. Hę rationes singulæ ex quibus agitur, excipitur, replicatur, duplicatur, posteriore significatione causæ appellatione continentur, seque ad casum habent, quemadmodum se partes ad totum: quoniam ex ipso casu sumuntur, casusque ex illis constat. Causa ergo posteriore significatione sumpta, tribus (quod aiunt) uerbis constat, hoc est (ut Dialectici dicunt) subiecto, prædicato, & προσκατηγουμμένῳ. Vt in superioribus exemplis Actionis causa cõstat hisce uerbis, Titius testamento hæres scriptus est. Causa Exceptionis hisce: Testamentum cõtra regulas iuris est factum. Causa Replicationis hisce: Testamentum est militare. Duplicationis causa hisce: Sed testator post missionẽ intra annum non decessit. Nam extra cõtrouersiam est, quòd omnis causa ex qua uel agitur, uel excipitur, nihil aliud sit quàm argumentum, quo uel actor sibi aliquid dari uel fieri, uel reus se absolui debere conatur probare. Omne autem argumentum nuda constat propositione. nec refert quòd copiosius exponi & amplificari possit: quod utique, præsertim in causis forensibus, faciendum est. Nam debent ij qui rem aliquam disputandam & diiudicandam proponunt, in principio rem ipsam definire & declarare, ut sciatur quæ qualisq́; res disputanda sit. Nam qui hanc thesin proponit disputandam, Per acceptilationem tolli obligationem: certè priusquam ad disputationem perueniatur, debet definire quid sit acceptilatio, & quomodo fiat, ad exemplum Instit. quib. mo. tol. oblig. §. item per acceptil. Item qui proponit hanc thesin, Capitis diminutione ius adgnationis perimi: ei necesse est capitis diminutionẽ describere, ut sciatur quid ea sit, ad exemplum Inst. de leg. adgna. tut. §. fi. cum tit. seq. Cuiusmodi definitiones ac descriptiones, thesin & argumentum propositum non confirmant, sed declarant saltem. Omnis enim quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio (Cicero inquit) debet a definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. Eadem autem in causis quæ in thesibus disputandis ratio est. Nam qui aliquam causam in iudicio proponit, & si tribus (ut dixi) uerbis, quemadmodum aliud quoduis argumentum, proponi possit: tamen copiosius ea exponenda est, nec solùm quid factum sit, sed & quis fecerit, cui, cum quo, per quem, ex qua causa, in qua re, quo loco, quo tempore, & quomodo factum sit, &c. est indicandum, resque

quæ

quæ petitur designanda: nō quidem quòd uel singula singulariter disputanda sint, uel iudici ad singulas huiusmodi circunstantias in iudicando respiciendum (nam eam iudicandi rationem extraordinariis tantum causis, non etiam ordinariis competere, alio loco dixi) sed ut causa & aduersario & iudici fiat nota: illi quidē, ut ad quam causam sibi respondendum sit: *a* huic uerò, ut de qua causa sibi sit iudicandum, sciat. Nam hic est proprius narrationis finis, in causis præsertim ordinariis, ut scilicet causa nota atque perspicua fiat: quamquam licet etiā narrando, causam probabilem facere atque amplificare, ea etiam quæ ad mouendum iudicem spectant adhibere: præsertim apud iudicem indoctum, qui magis incerto quodam animi motu ad pronunciandum rapitur, quàm ducitur ratione. Nam docti & sapientes, huiusmodi uerborum ampullas & lenocinia non curant, nec iis flectuntur. etsi enim eloquētia res est pręclarissima, quæ animos hominum quò uelit, rapere possit, & stultis quiduis persuadere: ea tamen uiri sapientes non mouentur. Hi enim res, non uerba curant: nec uno animi motu, sed ratione ducūtur. Exēplum eius nobis exhibet Hannibal ille Carthaginensis, uir in re militari sapientissimus: apud quem cùm quidam orator senex ac facundus de rebus bellicis satis ornatè peroraret, adeò ut cæteri qui aderant admirarentur omnes: Hannibal dixit, Se multos quidem senes uidisse delirantes, sed qui magis deliraret illo, se uidisse neminē: quod pluribus uerbis apud se diceret de rebus, quarum longo usu factus esset peritissimus. Ita frustrà uerborum ampullis & iuris allegationibus quālibet infinitis, quis conatur in errorem rapere iudicem, iuris & iudicandi rationis non imperitum.

a l. 1. in pr. ff. de eden.

II.

De actione & exceptione rectius iudicari nequit quàm si ea in formam syllogismi uel enthymematis redigatur.

DVplicem differendi rationem Dialectici pręscribunt: alteram inueniendi, alteram iudicandi. prior, uiam ad inueniendа argumenta monstrat: posterior, de argumentis inuentis docet iudicare, per modum scilicet argumētationis, syllogismi puta, uel enthymematis. Omnis autē cā, ex qua uel agitur uel excipitur, argumentum est, & probabile inuentum ad faciendam fidem. Nam qui agendo rem aliquam sibi deberi dicit, probat id huiusmodi argumēto: quia mutuò dederit, uel deposuerit, uel emerit, &c. Item, qui excipiendo dicit se absoluendū, probat id hoc argumento: quia soluerit, uel res sine suo facto perierit, &c. Iudex igitur qui de huiusmodi causis actionum & exceptionum rectè iudicare uolet, debet eas in syllogismū uel enthymema saltē redigere: & tunc singulas propositiones contemplari: & si quidem maiorem propositionem nullo iure subsistere intellexerit, poterit istam actionem uel exceptionem, etiam anteq̃ aduersarius ad eam responderit, ex officio repellere: ut suprà de Ratione iudicādi, capite ultimo, ostendi. Quòd si alterā propositionem ab aduersario negatam uidet, ibi quæstionem oriri, & controuersiā existere notabit. Sin autem nihil eorum quæ proposita sunt ab aduersario sit negatum, sed omnia sub conditione quadam concessa atque distincta: distinctionem istam similiter in argumentationis formam rediget: deque ea, eodem quo iam dixi modo, iudicabit.

III.

Ad omnem actionem & exceptionem propositam apertius ab aduersario responderi nequit: quàm aut negando uel factum, uel ius propositum, aut distinguendo.

QVoniam (ut paulo antè dixi) omnis causa ex qua uel agitur uel excipitur, nihil aliud est quàm argumentum, & in syllogismi uel enthymematis formam redigenda: rectius & apertius ab aduersario ad eam responderi non potest quàm si ea in syllogismi formam redacta negetur, uel maior propositio q̃ ius actionis & exceptionis continet, uel minor

quæ

quæ factum continet, aut distinguatur: siquidem (ut uulgaris Dialecticorum) regula est) omnis argumétatio soluitur aut negando eo quod propositum est, aut distinguendo. Exempli gratia: Agit Seius ad recuperandum feudum antiquum, à patre suo alienatum. Huius actionis forma talis est:

Quando pater feudum antiquum alię nat, filio id reuocare iure feudali est permissum.

Sed Titius pater actoris feudum antiquum alienauit reo. Ergo:

Actori filio id à reo reuocare est permissum. Et per consequens, reus ad id restituendum tenetur.

Ad hanc actionem reus respondés, aut negabit uel maiorem propositionem syllogismi propositi, uel minorem: aut distinguet. Distinguet fortè sic: Nisi filius tempore alienationis nondum fuerit natus, quæ distinctio similiter in syllogismi formam redigenda est, hoc modo.

Quando feudo antiquo alienato filius tempore alienationis nondum fuit natus feudi repetitionem non habet.

Sed actor filius tempore alienationis non dum fuit natus. Ergo:

Actor feudi repetitionem non habet. Ad hanc exceptionem actor replicando similiter rectius & apertius respondere nequit, quàm aut negando maiorem uel minorem syllogismi propositionem, aut rursus distinguendo. Quæ omnia cum præcedentibus Dialecticorum constant authoritate: quæ quidem in disputandi & iudicandi ratione potior haberi debet, quemadmodum Iurisconsultorum authoritas in iure: quoniã cuique in sua arte est credendum. Quàm ridiculum ergo sit, pluribus articulis propositis, singulariter singulis (ut hodie in iudicijs fieri solet) respondere, alijs æstimandũ nunc relinquo.

IIII.

Iudex nisi statum controuersiæ in indicando obseruauerit, certò pronunciare non potest.

SI ergo prædictis modis in disputanda cã procedatur, peruenitur tandem ad aliquid in quo partes inter se confligunt: quando scilicet aduersarius ad id quod propositum est, non distinguédo, sed simpliciter negando respondet, affirmatque alter. Nam tunc confligunt partes inter se: ex qua conflictione oritur quæstio, quem statum uocant, in quo tota consistit controuersia: quem nisi in iudicando iudex obseruauerit, nihil certò nec constanter de iure causæ potest pronunciare: quẽadmodum nec aduocatorum disputationes certę esse possũt, nisi statu isto ad quẽ dirigantur, proposito. Quod enim meta currentibus est, & scopus iaculatoribus: id aduocatis in disputando, & iudicibus in iudicando, est status causæ. Quemadmodum igitur illis nulla meta nec scopo proposito, currere & iaculari stultum est: ita etiam nec aduocati de causa disputare nec iudices iudicare, nisi statu proposito (sine summa stulticia) queunt, eosque in uarios induci errores necesse est.

V.

Causa non in personis, nec temporibus, sed in genere uniuerso à iudicibus consideranda est.

HOc paradoxon satis declarat atque confirmat apud Ciceronem Antonius, cuius uerba suprà de Ratione iudicandi libello inseruit: quò Lectorem breuitatis causa remitto.

VI.

Dilatio amplius quàm semel dari non debet.

MEritò hoc inter Paradoxa nunc numeratur: quoniam ut nunc se status iudiciorum nostrorum habet, incredibile uidetur, actorem articulatum suũ libellum, reum contrà suam exceptioné & articulos defensionales, actorem rursus suam replicationem, reum duplicationem sine singulari duorum uel trium mẽsium dilatione conficere posse: ut interim taceam de probationibus & confutationi-

tationibus. Quid, quòd conclusa disputatione, iudex etiam trium uel quatuor annorum dilationem sibi sumit ad pronunciandum? At legibus cautum est, amplius quàm semel dilationem dandã non esse, aut ad summum bis, idque ex magna causa, *a* nec nisi probationum causa: ut puta, si instrumenta ex aliqua prouincia sunt adferenda, uel testes producendi. *b* Nunc in singulis causis plus quàm uiginti dilationes dari solent, exque ex causis plerunque leuissimis: ob hoc solùm, quòd iudex iudicandi artis sit ignarus.

a l.7.& l. x.ff.de fer. item l. 1. §. fi. C. de dilationibus.

b Nouel.c. 115.§.sed et hoc item. l. 1.& l.2.C. de dila. & l.45. in pr. ff. de indic.

FINIS.

REGISTRVM.

* ** *** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Omnes sunt Quaterniones, præter Qq, qui est Quinternio.

VENETIIS,
Apud Georgium Angelerium.
M D LXXI.


DESCET VIRGA
IMITI FRO
MET


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm